# M

*330 / 331 M.*

[1] Postquam supradicta perceleri dirivandi forma peroravit Grammatica, compendiosum facere exordiens prohemium, sic est ad consistentes contionata poetas: "Quid, o filioli? Numquidnam prolatus dirivandi placet modus?". [2] "Placet, inquiunt, o magistra, acceptaque venustissime prolocutionis series, perdulcia mentibus nostris mella diffundit". [3] "Scio, inquit illa, quicquid in presenti elicui contione bonis quibusque maxime placere; cum tamen et illud nullatenus lateat, sicut cetera examussim gesta, ita et hunc laborem totius insectatoribus bonis emulis displicere. [4] Unum quoniam liquide clarescit malos eos esse qui pro aliorum bene utiliterque gestis tam dire tamque invidenter inhumane malis, qui nec mentione digni habeantur; in presentiarum terga vertentes, ad bonorum commodum, pollicito loquendi modo, vela pandamus, primum duodecime littere, que dicitur -M-, tractatum inchoantes, que, secundum Martianum, labris formatur modice impressis". [5] Dixit et inde canit que vatum turma rogavit.

[1] **Meminit** verbum defectivum, [2] inde hic et hec **memor** ris, [3] unde **memoriter**, [4] et hec **memoria** rie, [5] et hic et hec **memorialis** et hoc memoriale, [6] et **memorialiter** adverbium, [7] et **memoror** aris verbum deponens, [8] unde **memoratus**, [9] et **memoratio**, [10] et **memoranter** adverbium, [11] et hic et hec **memorabilis** et hoc memorabile, [12] et **memorabiliter** adverbium. M i

**4** *cf.* Mart. Cap. III 261

*prologum om.* $M_1$
Incipit prologus in tractatum primum supra duodecima littera que appellatur -M- H  prefatio xii littere A  Prologus duodecimae litterae *Mai*

**1** dirivandi: derivandi H / compendiosum: compendiens A / exordiens *om.* A  **2** magistra: mater gramatica $P_1$  **3** illa *om.* I / quibusque: quibusdam $P_1$ / et *om.* $P_1$  **4** Unum: Verum H $P_2$ / eos: illos $P_1$ / utiliterque: et utiliter $P_2$ utiliter I / invidenter: invident $AP_2$ / malis: mali *Mai* / mentione: contione I / bonorum: bonum $P_1$ / pandamus: pandimus $P_2$ / labris: labiis $P_1$ / impressis: pressis I  **5** turma: turba $P_1$

Incipit tractatus A
**1** Meminit: Memini $M_1P_1$ / ⟨meministi meminit⟩ verbum $P_1$ / defectivum ⟨quod ponitur pro presente et preterito⟩ $P_1$  **3** memoriter ⟨adverbium⟩ $HP_1$  **5** memorialis: memoralis $P_1$ **6** memorialiter: memoraliter $P_2$ *post corr.* / adverbium ⟨et memoriale .i. signum⟩ $M_1$  **7-12** *om.* A  **11** *om.* $HM_1P_2$ / memorabilis: memoralis I memorialis $V_1$ / memorabile: memorale I memoriale $V_1$

[13] Et componitur **commemoror** ris, [14] et **rememoror** aris, unde Ieronimus in psalterio ponens preteritum ait et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum; et ab istis verbalia. [15] Memor componitur **commemor** is, [16] et **immemor** is. [17] Item a verbo meminit hec **mens** tis, [18] unde hec **mentio** nis, [19] et **mentior** iris verbum deponens, [20] unde **mentitus** a um, [21] et hic et hec et hoc **mendax** cis quod comparatur mendacior mendacissimus, [22] unde **mendaciter** mendacius mendacissime adverbia, [23] et **mendaculus** a um diminutivum .i. aliquantulum mendax, [24] et hoc **mendacium** cii, [25] unde hoc **mendaciolum** li diminutivum, [26] et hec **menda** e .i. macula maxime illa que solet esse in libris nondum emendatis, [27] unde **emendare** dicimus .i. corrigere quasi mendam extra ponere. [28] A menda quoque dicitur **mendus** a um sordidus maculosus, unde Ovidius de remediis tunc animo signa quodcumque in corpore mendum est; [29] et inde **mendosus** a um .i. maculosus, [30] et **mendose** adverbium, unde Persius mendose colligis inquit Stoicus hic. Mendose autem hic quidam legunt pro mendaciter quod nullo modo est concedendum. [31] Mens componitur hic et hec et hoc **demens** tis .i. deorsum a mente quod comparatur dementior dementissimus, [32] unde **dementer** dementius dementissime adverbia, [33] et hec **dementia** e, [34] et **dementor** ris, .i. furere, et inde verbalia. [35] Componitur quoque mens hic et hec et hoc **vehemens** tis .i. furiosus et dicitur vehemens quasi ve habens in mente, aliquando autem dicitur pro forti, sicut dicimus aliquem vehementem habere carnem cum fortiorem habet et comparatur vehementior vehementissimus, [36] unde **vehementer** vehementius vehementissime adverbia, [37] et hec **vehementia** e .i. animi dementia. [38] Item a meminit per compositionem **reminiscor** ris verbum deponens, [39] et **comminiscor** ceris .i. adinvenire et facit preteritum comminiscitus vel commentus, [40] et inde **commentus** a um, [41] et hoc **com-**

---

**14** *psalm.* LXXVII 35 **28** Ov. *rem.* 417 **30** Pers. V 85-86

---

**14** rememoror: remoror $M_1$ / Ieronimus ... ait: psalmista $P_1$ / Deus ... eorum: Deus et cetera H / est eorum *om.* $M_1$ **15-16** *om.* $P_1$ **18** mentio: mensio $P_2$ **21** et hoc *om.* A **23** diminutivum *om.* $HIM_1A$ **25** diminutivum *om.* φ **26** maxime *om.* φ / solet esse: fit $P_1$ est I / nondum: nundum I **27** ⟨et dicitur emendare⟩ quasi $V_1H$ / extra ponere: exponere A **28** maculosus: mendiculosus $V_1$ / in corpore *om.* $M_1$ *ante corr.* A / est *om.* φ **29** mendosus: mundosus $P_2$ / .i. maculosus *om.* φ **30** adverbium ⟨.i. fetidus⟩ $P_1$ / mendose: mundose A / colligis: colligitis I / hic *om.* $P_1$ **30** hic *om.* $P_1$ / legunt: dicunt φ / quod: quia A / nullo modo: non $P_1$ **31-33** quod ... e *om.* $V_1$ **31** Mens ⟨quoque⟩ $P_1$ / demens *et s.l.* .i. furiosus H **32** dementer: demente $IP_1$ **33** e ⟨.i. furor⟩ H **34** .i. furere *om.* $M_1$ *ante corr.* A **35** quoque mens *om.* $M_1$ / et dicitur ... mente *om.* $P_1$ / quasi ve habens *om.* $V_1$ / ve habens: vehens $M_1$ / carnem *om.* $M_1$ *ante corr.* A **36** adverbia *om.* I **37** dementia ⟨Componitur mens amens, unde amentia, et cetera ad modum supra dictorum sed nota quod cum quacumque parte componitur hec interiectio ve semper carentiam illius partis notat, ut vehemens, vecors⟩ $P_1$ **38** meminit: memini $M_1$ / verbum deponens *om.* $P_1$ **39** et comminiscor ceris *om.* $P_1$ / ceris: caris *Mai* / adinvenire: adinvenio $M_1A$ advenire I / comminiscitus (*Mai*): communiscitus $V_1$ comminicitus I ⟨sum⟩ φ / vel: et *Mai* / commentus: commentatus $P_2$ ⟨sum, inde verbalia⟩ $M_1$ *post corr.* A ⟨sum⟩ $P_2$ ⟨Statius [*Ach.* I 97] alias commenta paratus⟩ $P_1$ **40** *om.* A / commentus: commentatus $P_2$

*332 / 333 M.*

**mentum** ti .i. carminis inventio, [42] et **commentor** ris similiter adinvenire, [43] et inde **commentator**, [44] **commentatus**, [45] **commentatio**, [46] et hoc **commentarium** rii pro commento, [47] unde hoc **commentariolum** li diminutivum.

[1] **Moveo** es vi motum tu verbum activum, [2] inde **motus** a um, [3] et hec **motio** nis, [4] et hic et hec **mobilis** et hoc mobile, [5] unde **mobiliter** adverbium, [6] et hec **mobilitas** tis. [7] Et componitur **immobilis**, [8] unde **immobiliter** adverbium, [9] et **moto** as .i. frequenter movere, et inde verbalia, [10] et hic **momarsiculus** li .i. stultus qui cito movetur ad iram, unde Plautus quid tu o momarsicule homo presumis? [11] Item a moveo hoc **momentum** ti eo quod cito et in transitu moveatur, [12] unde hoc **momentillum** li diminutivum, [13] et **momentaneus** a um. [14] Inveni quoque hoc **momen** nis pro momento, unde Ennius vestro sine momine venti. [15] Item a moveo hic **mons** tis per antifrasim .i. per contrarium quia minime de loco movetur, [16] unde hic **monticulus** li diminutivum, [17] et **montanus** a um, [18] et **montuosus** a um .i. montibus plenus. [19] Moveo componitur **commoveo** es, [20] unde **commotus** a um, [21] et hec **commotio** nis, [22] et **removeo** es, [23] unde **remotus** a um, [24] et hec **remotio** nis, [25] et **remotim** .i. separatim adverbium, unde Iosephus in octavo decimo remotim sacrificia facientes; [26] **semoveo** es .i. separare, [27] unde **semotus** a um, [28] et hec **semotio** nis, [29] et **semotim** adverbium .i. separatim, unde idem Iosephus in septimo decimo insinuans convivia et consultationes occulte semotimque. [30] Componitur quoque **dimoveo**.i. avertere, [31] **admoveo**, [32] **amoveo**, [33] **promoveo**, [34] **permoveo**, [35] **premoveo**, [36] **summoveo**, et ab istis verbalia. M ii

---

**10** Plaut. fr. 9 *Leo* **14** Enn. *ann.* 595 **25** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVIII p. 514 *F.* **29** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVII p. 482 *F.*: insinuans et convivia et consultationes occulte semotimque

---

**42** adinvenire: adinvenio $M_1A$ **45** *om.* $V_1H$ **47** diminutivum ⟨Reminiscor caret preterito sed mutuat ab hoc verbo recordor⟩ $P_1$ *om.* φ

**3** nis ⟨et motus ui⟩ $P_1$ **6-7** *om.* $P_1$ **9** .i. frequenter movere: frequentativum $P_1$ **10** momarsiculus: momarciculus $P_1$ monarsiculus I φ / ⟨parvus⟩ stultus φ / stultus ⟨scilicet⟩ $P_1$ / momarsicule: momarcicule $P_1$ monarsicule I **11** et: etiam $IM_1A$ Mai / in *om.* $IM_1$ *Mai* **12** momentillum: momentulum $P_1$ / diminutivum *om.* φ **13** um ⟨.i. ad instar momenti transitorium⟩ H **14** momine (*Mai*): nomine $V_1$ **15** .i. per contrarium *om.* $IP_1$ / quia: eo quod I / de: a $P_2$ **18** plenus ⟨Mons componitur hic et hec monticula, et promontorium ii .i. ante montem, et montivagus a um⟩ $P_1$ **25** adverbium ⟨quod etiam dicitur remote⟩ $P_1$ / unde ... facientes *om.* $P_1$ **26** separare: separo $M_1$ **29** unde ... semotimque *om.* $P_1$ / idem *om.* φ / septimo: sexto $V_1$ / convivia *om.* I / et consultationes *om.* φ **30-36** *alio ordine* $HP_1$ **30** avertere (*Mai*): advertere $V_1$ divertere $P_2$ in diverticulo ponere $M_1A$ **31** admoveo ⟨es .i. adhibere⟩ H **32** amoveo ⟨es .i. removere⟩ H **33** promoveo ⟨es .i. inante movere⟩ H **34** *om.* $P_2P_1$ *Mai* **35** *om.* H **36** summoveo: submoveo ⟨omnia activa⟩ $P_1$

*333 / 334 M.*

M iii [1] **Magnus** a um quod comparatur maior maximus. [2] Ab hoc nomine quod est magnus hic **magnes** tis .i. lapis indicus ferrum ad se trahens, [3] et hic **magnas** tis .i. qui magnus est in populo, [4] et hec **magnitudo** nis, [5] et hoc **magnamentum** ti .i. divinamentum. [6] Magnus componitur **quammagnus**, [7] et **permagnus** ambo pro valde magnus, [8] et **magniloquus** a um .i. loquax, [9] et hic et hec **magnanimis** et hoc magnanime .i. audax, [10] unde **magnanimiter** adverbium .i. audacter, [11] et hec **magnanimitas** tis. [12] Dicimus quoque **magnanimus** a um pro audax, unde Statius Achilleidos magnanimum Eacidem formidatamque tonanti. [13] Componitur etiam magnus **magnifico** as .i. exaltare, unde verbalia, [14] et **magnificus** a um .i. sublimis et generosus, [15] unde **magnifice** adverbium. [16] Dicitur quoque **magnificens** pro magnificus sed non est in usu et comparatur magnificentior magnificentissimus, unde Iosephus in duodecimo donavit ei magnificentissima munera; [17] et inde hec **magnificentia** e. [18] Ab hoc vero nomine quod est maior dicitur **maius** adverbium, [19] et **maiusculus** a um .i. aliquantulum maior, unde Terentius in eunucho Thais maiuscula est quam ego; [20] et **maioro** as .i. magnum facere, et inde verbalia. [21] Et secundum Ysidorum hic **magister** ri et dicitur magister quasi maior in statione, nam [21a] sterion dicitur statio, [22] unde et **monasterium** .i. statio unius, [23] et **minister** .i. minor in statione dicitur, [24] et inde hic **magisterculus** li diminutivum, [25] et hec **magistra** e, [26] et hic **magistratus** ui, [27] et hoc **magisterium** rii, [28] et hic et hec **magistralis** et hoc magistrale. [29] Ab hoc nomine quod est maximus dicitur **maxime** adverbium, [30] et componitur **quammaximus**, [31] et **premaximus** ambo pro valde maximus.

M iv [1] **Manus** ui, [2] inde hoc **manuale** is pro quodam libro, [3] et **manutus** a um .i. magnas manus habens, [4] et hic **mango** nis .i. mercator et dicitur mango quasi manu agens, unde Horatius in epistolis nemo hoc man-

---

M iii 12 Stat. *Ach.* I 1 16 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 341 *F.*: donavitque ei munificentissima munera 19 Ter. *eun.* 527: Thai' quam ego sum maiusculast 21 *cf.* Isid. *orig.* X 170; XV 4, 6

M iv 4 Hor. *epist.* II 2, 13

---

M iii **1** maior: magnior $P_2$ / maximus: magnissimus $P_2$ / maximus ⟨unde maius maxime adverbia⟩ $P_1$ **3** ⟨ille⟩ qui π **4** nis ⟨et magnalia ium pluralia tantum⟩ $P_1$ **7** permagnus (*Mai*): premagnus $V_1IAP_1$ / ambo: utrumque $P_1$ **8** .i. loquax *om.* $P_1$ **9** *post* 11 I / .i. audax *om.* $P_1$ **10** .i. audacter *om.* **12** pro: .i. π / Achilleidos *om.* $P_1$ / magnanimum ... tonanti: magnanimum ... for. I magnanimum Eacidem, et cetera $HP_1$ ⟨progeniem⟩ φ **16** in duodecimo *om.* $P_1$ **18-19** *mutato ordine* $P_1$ **18** vero *om.* φ / adverbium *om.* $P_1$ **19** in eunucho *om.* $P_1$ **19** ego ⟨et maiestas tis. Item a maiore magis adverbium⟩ $P_1$ **21** magister *om.* A **21-23** nam ... dicitur *om.* $M_1A$ **22** .i.: quasi $P_1$ / unius *et s.l.* monachorum H **24** magisterculus: magistriculus φ ministerculus I **28** magistralis et hoc magistrale: magistralis lis $V_1H$ **31** ambo: utrumque $P_1$ / maximus ⟨et secundum quosdam permaximus dicitur pro valde maximus⟩ H

M iv **1** manus *et s.l.* hec H **4** faceret: facere I / et ⟨tibi⟩ I

gonum faceret tibi. [5] Item a manu hic **mancus** ci per antifrasim eo quod minime habet manum, [6] et inde **mancatus** a um, [7] et hoc **manubrium** rii quia manu tenetur, [8] et hec **manica** ce, [9] unde **manicatus** a um, [10] et hec **manulea** ee .i. manica, [11] unde **manuleatus** a um .i. manicatus, unde Plautus in Penulo manuleatam habere tunicam homines addecet. [12] Item a manu secundum Ysidorum hec **mappa** e .i. togilla et dicitur mappa quasi manupia .i. pians manus, [13] et inde hec **mappula** le diminutivum, [14] et pluraliter **manubie** arum .i. excubie que per spatia vigilant noctis, [15] et hic **manipulus** li .i. quantum manus potest capere segetis quod etiam aliquando pro societate dicitur, unde Terentius in eunucho ubi est manipulus furum; [16] unde etiam **manipulares** dicimus eos qui signa ante regem deportant, [17] et componitur **commanipularis** .i. socius. [18] Item a manu **manifestus** a um .i. apertus et quasi in manu positus quod comparatur manifestior manifestissimus, [19] unde **manifeste** manifestius manifestissime adverbia, [20] et **manifesto** as, unde verbalia, [21] unde **manifestarius** a um .i. aperte aliquid et manifeste faciens, unde Plautus in aularia obtrunco gallum manifestarium. [22] Item a manu per compositionem hoc **manutergium** gii .i. togilla cum qua terguntur manus, [23] et hoc **mancipium** pii .i. famulus servus et dicitur mancipium quasi manu captum quia illi hoc nomine precipue censebantur qui in bello capiebantur et in servitium redigebantur, [24] et inde **mancipiolum** li diminutivum, [25] et hic **manceps** is similiter pro servo, unde Prudentius in libro ymnorum tunc ipse manceps carceris. [26] Et componitur manceps **emanceps** .i. famulus a servitute liberatus, [27] et inde **emancipor** aris .i. a servitute liberari; [28] sicut e contrario **mancipor** aris dicitur pro servire, et ab istis verbalia.

---

**11** Plaut. *pseud.* 738: manuleatam tunicam habere hominem addecet **12** *cf.* Isid. *orig.* XIX 26, 6 **15** Ter. *eun.* 776: ubi centuriost Sanga et manipulus furum? **21** Plaut. *aul.* 469: optrunco gallum, furem manufestarium **25** Prud. *perist.* V 345

---

**5** ci ⟨.i. ille cuius abscisa est manus⟩ H / per antifrasim *om. Mai* / habet (*Mai*): habeat $V_1HP_1$ / manum ⟨et dicitur mancus quasi manu carens⟩ $P_1$ **7** quia: eo quod $IP_1$ **10-11** *om.* I **10** manulea: manuela $P_1$ / .i. manica *om.* φ **12** .i. togilla *om.* $P_1$ **13** diminutivum ⟨et hoc mappalium lii .i. ea que super mappam opponuntur ad comedendum, unde Prudentius in sichomachia [*psych. praef.* 46] vetus revisit hospitis mappalia⟩ H **14** manubie: manupiae *Mai* / per *om.* $IP_1$ / vigilant *om.* $P_1$ **15** etiam: et I *om. Mai* / ubi: unde $P_1$ / furum: ferarum (*s.l.* $M_1$) φ **16** manipulares: manupalares $V_1$ / regem: rege A / deportant: deportaverant $AP_2$ **17** commanipularis: manipularis *Mai* **18** et *om.* φ / quod: et I **19** manifestissime (*Mai*): manifessime $V_1$ **20** as ⟨neutrum⟩ $P_1$ **21** aliquid: aliquod $P_2$ / faciens: agens I / aularia: aulularia I aurelia *om.* $φP_1$ / manifestarium ⟨et manifestabilis. Item manus componitur centimanus, et eminus .i. extra manum, et cominus .i. cum manu⟩ $P_1$ **22** terguntur: tergimus $P_1$ **23** .i. ... mancipium *in marg.* $P_2$ / servus *om.* $P_2P_1$ / captum (*Mai*): capium $V_1P_1$ / precipue: proprie $P_2$ / servitium: servitio I **25** tunc *om.* $P_1$ **26** liberatus (*Mai*): liberari $V_1$ redemptus $P_1$ **27** *om.* $V_1$ / .i. a servitute liberari *in marg.* $P_2$ **28** sicut ... pro *in marg.* $P_2$ / contrario: converso $P_2$ / dicitur pro servire *om.* I / servire: in servitutem redigi $P_1$ / verbalia ⟨A manu etiam dicitur mancipi nomen indeclinabile et omnis generis, inde per compositionem nemancipi similiter indeclinabile et omnis generis, res autem a (a *om.* A) mancipi dicitur que cum alienatur .i. que cum a potestate vendentis transit in potestatem ementis, manu capi potest ut equus, res vero nemancipi dicitur que cum premisso modo alienatur manucapi non potest ut ager (ageret $P_2$)⟩ φ

335 / 336 M.

M v [1] **Miror** aris verbum deponens, [2] inde **miranter** adverbium, [3] et **miratus** a um, [4] et hic et hec **mirabilis** et hoc mirabile, [5] unde **mirabiliter** adverbium, [6] et hoc **miraculum** li, [7] et **mirus** a um, [8] quod componitur **miridicus** a um .i. mira dicens, [9] et **mirificus** a um .i. mira faciens, [10] unde **mirifice** adverbium, [11] et hec **mirificentia** e .i. mirum, [12] et **mirifico** as verbum neutrum, et inde verbalia. [13] Item a miror hic **miro** *nis .i. mirator,* [14] et hoc **miropolium** lii .i. domus unguentaria eo quod mire flagret, unde Plautus in Epico per miropolia et lanienas defessus sum querendo. [15] Hinc etiam dicitur hec **mirtus** ti eo quod mire oleat, [16] et inde **mirteus** a um, [17] et hoc **mirtetum** ti .i. locus ubi mirtus crescit. [18] Miror componitur **demiror** ris, et inde verbalia.

M vi [1] **Modus** di, [2] inde hic **modulus** li diminutivum, [3] et **modo** adverbium, [4] quod componitur **amodo**, [5] et **tantummodo**, [6] et **postmodo** .i. postmodum, unde Ovidius perfer et obdura postmodo mitis erit. [7] Item a modo **modestus** a um .i. temperatus et discretus et comparatur modestior modestissimus, [8] unde **modeste** modestius modestissime adverbia, [9] et hec **modestia** e, [10] et **modicus** a um .i. parvus vel mensuratus, [11] unde **modice** adverbium, [12] et hec **modicitas** tis, [13] et componitur **immodicus** a um .i. intemperatus, unde Statius Thebaidos immodicum ne Tidea. [14] Item a modo **modernus** a um .i. istius temporis, [15] et **moderor** aris .i. regere, [16] et inde **moderator**, [17] et **moderanter** adverbium, [18] **moderatus**, [19] **moderatio**, [20] et **moderabilis**, [21] et **moderabiliter** adverbium, [22] et hoc **moderamen**, [23] et hoc **moderamentum**, [24] et **moderatim** adverbium .i. moderanter. [25] Moderatus componitur **immoderatus**, [26] unde **immoderate** adverbium. [27] Participium quoque moderans componitur **immoderans**, [28] unde **immoderanter** adverbium, [29] et hec **immoderantia**. [30] Item a modo

---

M v **14** Plaut. *Epid.* 197-199: Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere | per medicinas, per tostrinas, in gymnasio atque in foro, | per myropolia et lanienas circumque argentarias

M vi **6** Ov. *ars* II 178 **13** Stat. *Theb.* I 41

---

M v **2** inde ⟨verbalia⟩ H ⟨mirans a quo⟩ $P_1$ / adverbium *om.* H **3** um ⟨et mirator, miratrix⟩ H **5** adverbium *om.* I **7** mirus: mirulus A **8** *ad* 12 *post* neutrum $M_1$A / *om.* $P_2$ / .i. mira dicens *om.* $M_1$ **9** .i. mira faciens *om. Mai* **10** *om. Mai* / mirifice: mirice $V_1$ *ante corr.* **14** unguentaria: ungentaria $P_2$ / flagret: fraglet φ fragret H / Epico: Epidico *Mai om.* $P_1$ **15** oleat: redoleat $P_1$ **16** mirteus: mirtetus $P_1$ **17** .i. ... crescit *om.* I / mirtus crescit: mirti crescunt $P_1$ **18** ris ⟨et admiror⟩ $HP_1$

M vi **5** tantummodo ⟨et solummodo⟩ H **6** postmodo .i. *om.* $P_1$ / .i.: et I / obdura: edura H / mitis (*Mai*): mittis $V_1$ / erit: erat A **7** modo ⟨hic et hec modalis et hoc modale⟩ $P_1$ **8** adverbia *om.* I **10** vel: et $P_1$ **11-12** *om.* $P_1$ **13** ne *om.* $P_1$ **14-29** *om.* $V_1$ **15** .i. regere *et s.l.* vel temperare H **16** moderator ⟨moderatrix⟩ H **17** *post* 19 I *post* 15 $P_1$ / ⟨et inde moderans⟩ et $P_1$ / adverbium ⟨.i. temperanter⟩ H **18** *post* 16 I **20** ⟨hic⟩ moderabilis ⟨et hec moderabilis et hoc moderabile⟩ H **23** moderamentum ⟨ti, et hec moderantia e⟩ H **26-27** *om.* I

*336 / 337 M.*

**modulo** as, [31] vel **modulor** ris .i. canere, [32] unde **modulator**, [33] **modulatus**, [34] **modulatio**, [35] et hoc **modulamen** nis, [36] et a participio modulans **modulanter** adverbium, [37] et hec **modulantia** e. [38] Modus componitur **modificus** a um, [39] et **modifico** as, [40] unde **modificator**, [41] et **modificatus**, [42] **modificatio**.

[1] **Mando** is didi mansum su .i. comedere verbum neutrum, [2] inde hic et M vii
hec **mandibilis** et hoc mandibile, [3] et hic **mando** nis qui multum mandit, [4] et hec **mandibula** le .i. maxilla quod in libro iudicum reperies; [5] et hic **mansucius** cii .i. edax et ad mandendum paratus, [6] et **manduco** as, unde verbalia, [7] et hic **manducus** ci .i. ioculator turpiter mandens. [8] Item a mando **mansus** a um .i. comestus, [9] et hec **mala** le .i. maxilla, [10] et inde hoc **malobatrum** tri .i. unguentum quoddam a malis lavandis dictum, unde Horatius in odis coronatus malobatro sirio capillos; [11] et hec **maxilla** e dicitur a mala, [12] unde hic et hec **maxillaris** et hoc maxillare. [13] Mando componitur **commando** is.

[1] **Mereor** ris tus sum verbum deponens, [2] inde **meritus** a um, [3] quod M viii
componitur **immeritus**, [4] et **emeritus**, [5] et hoc **meritorium** rii .i. domuncula ubi cives res suas faciunt vel vendunt, unde Iuvenalis namque meritoria somnum admittunt? [6] Item a mereor hec **merx** cis .i. ipsa res que venditur, [7] unde hec **mercicula** le diminutivum, [8] et hic **mercennarius** rii, [9] et hoc **mercimonium** nii .i. illud quod in aliam venditur patriam, [10] et componitur hoc **commercium** cii .i. de pluribus rebus una venditio. [11] Item

---

**4** *iud.* XV 9, 15, 17, 19 **10** Hor. *carm.* II 7, 7-8: fregi coronatus nitentis | malobathro Syrio capillos? M vii

**5** Iuv. III 234-235: Nam quae meritoria somnum | admittunt M viii

---

**32** *om.* $P_1$ **33** *om.* $M_1A$ **36** modulans *om.* $P_1$ **38** *post* 39 H / ⟨unimodus, multimodus, omnimodus⟩ modificus $P_1$ **40** modificator ⟨modificatrix⟩ H **41** modificatus ⟨omnia a modifico⟩ H / *om.* $P_1$

**1** su ⟨secundum quosdam⟩ $P_1$ **2** mandibilis: mandabilis A / mandibile: mandabile A **3** mandit: comedit $P_1$ **4** reperies: repperies $M_1$ invenies $P_1$ **5** mansucius: mandicius $P_1$ / et *om.* I / mandendum (*Mai*): mandandum $V_1$ manducandum $P_1$ **7** mandens ⟨et hic mandugaris .i. trus⟩ H **10** unguentum: ungentum *Mai* malis *om.* I / lavandis: levandis I **11** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **12** maxillaris et hoc maxillare: maxillaris is $V_1$H **13** is ⟨unde verbalia⟩ H ⟨di cum alio mando⟩ $P_1$ M vii

**1** sum ⟨vel merui⟩ $HP_1$ / sum ⟨tum tu⟩ **3** immeritus ⟨.i. non meritus⟩ H **4** emeritus ⟨.i. veteranus⟩ H ⟨et meritum ti⟩ $P_1$ **5** et ⟨a mereor⟩ H / domuncula: domuscula $M_1$ *Mai* domus ⟨prostantium vel domus⟩ $P_1$ / faciunt: reponunt $P_1$ *om.* $M_1A$ / vel *om.* $M_1A$ *Mai* / vendunt *om.* *Mai* / Iuvenalis *om.* $M_1A$ *ante corr.* **6** mereor ⟨meritorius a um⟩ H / merx: merces φ **7-9** unde ... venditur *in marg.* $P_2$ **8** rii ⟨.i. ille qui mercedem servit⟩ H **9** illud *om.* *Mai* / aliam: alia $M_1A$ / patriam: patria $M_1A$ **10** venditio ⟨vel aliquando una mers datur et alia pro ea recipitur⟩ H M viii

a mereor hec **merces** dis, [12] unde hec **mercedula** e diminutivum, [13] et hic **mercedicius** cii .i. propter mercedem dicens vel loquens, [14] et **mercor** aris .i. emere, [15] unde **mercator,** [16] **mercatus,** [17] **mercatio,** [18] et hoc **mercatorium** ii .i. locus ubi mercantur, [19] et per compositionem hic **mercedonius** ii .i. ille qui solvit mercedem, [20] et hic **mercedarius** rii .i. ille qui mercedem dat. [21] Componitur quoque merces hec **meretrix** cis et dicitur meretrix quasi propter mercedem tricans .i. fricans, [22] et inde hec **meretricula** le, [23] et **meretricius** a um, [24] et hoc **meretricium** cii .i. domus meretricum, [25] et **meretricor** aris verbum deponens, [26] et inde **meretricator,** [27] **meretricatus,** [28] **meretricatio.** [29] Et notandum quod **mereo** es dicebant antiqui non mereor ris, unde Lucanus c e n a  v i r o  n o m e n  c a s t r o r u m  i n  p l e b e  m e r e b a t. [30] Mereor componitur **promereor** ris, [31] et **demereor,** et inde verbalia.

M ix [1] **Malus** a um comparatur peior pessimus et est comparatio anomala. [2] Ab hoc nomine quod est malus dicitur **male** adverbium, [3] et **malitiosus** a um, [4] unde **malitiose** adverbium, [5] et hec **malitiositas** tis, [6] et **malignus** a um quod comparatur malignior malignissimus, [7] unde **maligne** malignius malignissime adverbia, [8] et hec **malignitas** tis, [9] et **malignor** ris .i. maligne facere. [10] Item a malo hec **malitia** e, [11] et hec **malus** li .i. pomarium et quandoque dicitur pro ligno in quo velum dependet, unde Ovidius p e n d e n t i a  c a r b a s a  m a l o; [12] et inde dicitur hoc **malum** li pro pomo, [13] et hoc **malogranatum** ti .i. quoddam genus pomi multa in se continens grana. [14] Malus componitur **malefacio** cis, [15] et **maledico** cis, [16] et **malivolus** a um, [17] unde hec **malivolentia.** [18] Ab hoc vero nomine quod est peior dicitur **peius** adverbium, [19] et **peioro** as .i. peiorem facere, et inde verbalia. [20] Ab hoc etiam nomine quod est pessimus dicitur **pessime** adverbium.

---

M viii **29** Lucan. VI 144: Scaeva viro nomen castrorum in plebe merebat

**11** Ov. *met.* XI 476-477: totaque malo | carbasa

---

**13** mercedicius: mercidicius $P_1$ mercedius *Mai* / vel: .i. $V_1$I φ **15** mercator (*Mai*): mercator ris .i. emere, unde mercator $V_1$ ⟨mercatrix⟩ H **18** ubi ⟨homines⟩ $P_1$ / mercantur: mercatur HI$P_2$ **19** ille *om.* $M_1$A / solvit ⟨vel donat⟩ $P_1$ **20** ille *om.* $M_1$A **21** et dicitur meretrix *om.* I$M_1$ *ante corr.* A$P_2$ / propter *om.* I / tricans .i.: tricant $P_1$ / fricans *om.* $P_1$ **22** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **26** meretricator (*Mai*): metricator $V_1$ ⟨ris, et hec meretricatrix cis⟩ H **29** non *om.* A / cena: scena H *ante corr.* seva I / viro: tibi $P_1$ **31** *om.* $V_1$I / et demereor *om.* A$P_2$

M ix **1** pessimus: pessime *Mai* ⟨et pessime⟩ $V_1$ **3-4** *om.* I **3** malitiosus: malicius $P_2$ *ante corr.* maciosus $P_1$ *ante corr.* **10** *post* 2 H / malo: malus $P_1$ mala A **11** li ⟨arbor scilicet⟩ $P_1$ / pomarium: arbor pomifera I arbor pomarii $V_1$ ⟨.i. arbor⟩ φ / Ovidius: Prudentius $P_2$ / pendentia: pendent I **12** pro pomo: pomarium H **13** quoddam: quedam A *ante corr.* / multa *om.* $P_1$ / grana ⟨quod etiam malum punicum dicitur⟩ H **15** *om. Mai* / cis ⟨a quibus maleficus, et maledicus⟩ H **16** malivolus a um: malivolus li I ⟨et ab his verbalia⟩ $P_1$ **18** vero *om.* I φ **19** facere: facio $P_1$

*338 / 339 M.*

[1] **Mordeo** es momordi verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hic **morsus** ui, [3] et hic **morsellus** li, [4] et hic et hec **morsilis** et hoc morsile .i. quod aptum est ad mordendum, [5] et **morsico** as .i. frequenter mordere, [6] et inde **morsatilis** ad mordendum habilis, [7] et **mordicus** adverbium .i. mordenter morsiliter, unde Plautus in aularia s i q u i d d e v o r t i m e a s i n i m o r d i c u s s c i n d u n t. [8] Item a mordeo hic et hec et hoc **mordax** cis quod comparatur mordacior mordacissimus, [9] unde **mordaciter** mordacius mordacissime adverbia, [10] et hec **mordacitas** tis, [11] et **mordaculus** a um .i. aliquantulum mordax. [12] Et mordax componitur **premordax** .i. valde mordax; [13] et **morsus** a um dicitur a mordeo quod non est in usu, [14] sed componitur **immorsus** .i. ieiunus, unde Horatius in sermonibus f l a g i t a t i m m o r s u s r e f i c i. [15] Item a mordeo hec **mors** tis, [16] unde hic et hec **mortalis** et hoc mortale, [17] et **mortaliter** adverbium, [18] et hec **mortalitas** tis, [19] et componitur **immortalis**, [20] unde **immortaliter** adverbium, [21] et **immortalitas** tis. [22] A morte quoque dicitur **morior** ris verbum deponens, [23] unde **mortuus** a um, [24] et **moribundus** a um .i. mortuo similis vel mori incipiens, [25] et hoc **murtetum** ti .i. aqua calida de terra manans quasi mortetum quia ab inferis credebatur manare, Horatius s a n e m u r t e t a r e l i q u i. [26] Et morior componitur **commorior**, [27] et **emorior**, [28] et ab istis verbalia **commortuus**, [29] et **emortuus**. [30] Mors componitur hoc **morticinum** ni .i. morte cesum, [31] et hoc **morticinium** nii .i. morte cadens, [32] et **mortifico** as, [33] unde **mortificatus**, [34] **mortificatio**. [35] Mordeo componitur **remordeo** es. M x

[1] **Mundus** a um .i. purus et comparatur mundior mundissimus, [2] unde **munde** mundius mundissime adverbia, [3] et hec **munditia** e, [4] et hoc **mundum** di .i. munditie pretium, unde in libro Hester a c c i p i a n t m u n d u m M xi

---

**7** Plaut. *aul.* 233-234: si quid divorti fuat | asini me mordicibus (mordicibus *Nonius* 203, 16 *L.* mordicus *var. l.*) scindant **14** Hor. *serm.* II 4, 61 **25** Hor. *epist.* I 15, 5: sane murteta relinqui

**4** *Esth.* II 3

---

**1** momordi ⟨morsum su⟩ $P_1$ / neutrum: activum $P_1$ / et caret supinis ⟨vel secundum quosdam facit preteritum momorsi vel morsi et secundum hoc facit supina morsum morsu⟩ H *om.* $P_1$ **3** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **4** mordendum: mordandum $P_2$ *ante corr.* **5** .i. frequenter mordere: frequentativum $P_1$ **6** inde ⟨hic et hec⟩ H / morsatilis: morsalis A ⟨et hoc morsatile⟩ H **7** morsiliter: morsibiliter $V_1$ ⟨adverbium⟩ I / in aularia: in aulularia I in aurelia *om.* $P_1$ / devorti me: devoti me *in marg.* I devorantes $P_1$ / asini: animi I / mordicus: me ordicus $P_2$ *ante corr.* / scindunt: scindent π **8** mordacissimus: mordacissime *Mai* **9** adverbia *om.* I **14** componitur *om.* *Mai* / .i. ... refici *in marg.* $P_2$ / flagitat (*Mai*): flagugitat $V_1$ / immorsus: immorsu $P_1$ **19** *om.* I **20** adverbium *om.* $V_1$ **21** *om.* $P_2$ **22** ris ⟨vel morior riris⟩ $P_1$ **24** *in marg.* I **25** murtetum: murteum $P_2$ *ante corr.* mortetum I / manans ⟨et dicitur murtetum⟩ $M_1$ *ante corr.* / quia: et $P_2$ / manare: manere $V_1$ *ante corr.* / ⟨idem⟩ Horatius *Mai* / Horatius ... reliqui *om.* H / murteta: morteta I *post corr.* / reliqui: relinqui *Mai* **30-31** *om.* I **30** morticinum: morticinium $M_1AP_1$ / cesum: cadens $M_1A$ **31** morticinium: morticinum $M_1P_1$ / cadens: cesum $M_1A$ **33** unde ⟨mortificator⟩ $M_1A$ **34** mortificatio ⟨et mortifer a um⟩ $P_1$ **35** Mordeo ⟨quoque⟩ $P_1$ / es ⟨et inde verbalia⟩ H M x

**1** comparatur: paratur I *ante corr.* **4** pretium: premium I / accipiant: accipiat *Mai* ⟨inquit⟩ H φ / M xi

muliebre; et cetera ad usum necessaria .i. unguenta et pigmenta et cetera quibus mulieres mundatiores et ornatiores habentur. [5] Item ab hoc nomine quod est mundus **mundo** as, [6] unde **mundatus** a um et comparatur mundatior mundatissimus, [7] unde **mundate** mundatius mundatissime adverbia, [8] et componitur **emundo** as, et inde verbalia. [9] Mundus componitur **immundus**, [10] unde **immunde** adverbium, [11] et hec **immunditia** e. [12] A mundo dicitur hic **mundus** di pro orbe vel secundum litteram per antifrasim quia minime est mundus, [13] et inde **mundanus** a um, [14] et hic et hec **mundialis** et hoc mundiale, [15] et componitur **mundivagus** a um.

M xii [1] **Molior** ris molitus sum tum tu .i. machinari, aliquid ingeniose facere, [2] inde hic **molitor** ris .i. artifex, unde Ovidius metamorphoseos in nono primeque ratis molitor Iason; [3] et **molitus** a um, [4] et hec **molitio** nis, [5] et hoc **molimen** nis, [6] unde hoc **molimentum** ti. [7] Item hec **mola**, [8] unde hic et hec **molaris** et hoc molare, [9] et hoc **molucrum** .i. illud quo mola vertitur quod etiam pro tumore ventris dicitur. [10] Et **molio** is verbum neutrum, [11] unde hoc **molendinum** ni, [12] unde hic **molendinarius** rii.[13] Et componitur **emolio** is, unde verbalia, [14] et hoc **emolumentum** ti .i. lucrum quod tractum est a lucro quod accipitur a molentibus, [15] et **demolio** is, [16] et **remolio** is, et ab istis verbalia. [17] A molio quoque secundum quosdam dicitur hic **molosus** si .i. canis magnus et quasi ad demoliendum paratus, [18] et inde **molosicus** a um .i. mordax vel rapax, unde Plautus quando res redierit molosici sumus. [19] Molior componitur **emolior** ris.

---

M xii **2** Ov. *met.* VIII 302 **18** Plaut. *capt.* 86: sumus, quando res redierunt Molossici

---

M xi muliebre: muliebrem $M_1$ mulieres $P_1$ / unguenta (*Mai*): ungenta $V_1$ / et cetera: et cum $V_1I$ *om.* $P_1$ / mulieres mundatiores: ipse mundiores $P_1$ / habentur: fiunt $P_2$ **5** quod *om.* $P_1$ / est *om.* $V_1P_1$ / as ⟨activum⟩ $P_1$ **6** unde ⟨verbalia et inde⟩ φ / mundatus: mendatus A *ante corr.* / mundatissimus ⟨et hec mundatio⟩ I **7** unde ... adverbia (*Mai*): unde mundanter mundantius mundantissime $P_2$ unde verbalia $V_1$ *om.* $IM_1A$ **8** ⟨et a mundo as verbalia⟩ et H / emundo: emendo $M_1$ *ante corr.* A *ante corr.* / as ⟨et remundo as⟩ H **12** mundo ⟨etiam⟩ π / vel secundum litteram *om.* $P_1$ / ⟨vel⟩ per I φ **14** et hoc mundiale ⟨et mundanitus adverbium⟩ $P_1$ *om.* φ

M xii **1** machinari ⟨vel⟩ $P_1$ **2** metamorphoseos in nono *om.* $P_1$ **3** *om.* $P_1$ **5** molimen: molumen $M_1$ **7** Item: Et $IP_2$ Et inde $M_1$ **8** *post* 12 H / unde ... molare: unde hic et hec molaris $V_1$ et hic molaris is ⟨.i. mola et quandoque est mobile sicut dicitur lapis molaris⟩ H **10** molio: mollio I **13** emolio: emollio I **14** tractum ... quod *om.* H / accipitur a molentibus: a molentibus accipitur ⟨et quandoque indifferenter pro omni lucro dicitur⟩ H **15** demolio: demollio I ⟨et permolio (premolio A) is, Horatius in sermonibus [I 2, 34-35] huc inquit equum est descendere non alienas permolere (vel molire A) uxores⟩ $M_1A$ / is ⟨.i. deterere⟩ H **16** remolio: remollio I **17** molosus: molossus $M_1$ *Mai* / magnus ⟨quasi dicitur leporarius .i. leverer vel ut alii volunt canis parvus qui dicitur brachet⟩ H φ / et *om.* H **18** molosicus: molositus φ molossicus *Mai* / molosici: molositi $M_1$ molisiti A molosisci *Mai* **19** Molior: Mollior I / componitur ⟨demolior⟩ $P_1$ / emolior: emollior I / ris ⟨et amolior⟩ $V_1$ ⟨et demolior liris .i. destruere deterere vel corrumpere, unde in evangelio [Matth. VI 20] ubi nec erugo nec tinea demolitur⟩ H ⟨unde verbalia⟩ $P_1$

*340 / 341 M.*

[1] **Mollio** is livi tum tu verbum neutrum, [2] inde **mollitus** a um, [3] et hec M xiii
**mollitio** nis, [4] et **mollito** as verbum frequentativum .i. mollire; [5] et hic **mulus** li eo quod molliter ambulet, [6] unde hec **mula** le, [7] et hic **mulio** nis .i. mulorum custos, unde Iuvenalis iamdudum mulio virga innuit. [8] Dicimus quoque hic **mulius** lii pro custode mulorum, unde Horatius blateras clamo fugisque mulius. [9] Item a mollio **mollesco** is, [10] quod componitur **emollesco** is, [11] et hec **mollestra** tre .i. pellis ovina eo quod mollis sit, [12] et hic et hec **mollis** et hoc molle quod comparatur mollior mollissimus, [13] unde **molliter** mollius mollissime adverbia, [14] et hec **mollitia** tie, [15] et hec **mollities** ei, [16] et **molliculus** a um .i. aliquantulum mollis, unde Plautus in cassia volo escas molliculas ut ipsa mollicula est. [17] Hinc etiam secundum Ysidorum dicitur hic **milvus** vi eo quod mollis sit, [18] et hec **murena** ne pro pisce crasso et molli quia nullum os habet, unde Macrobius de Saturnalibus Varro, inquit, ait quod in Sicilia murene manu capiuntur, que ibi [18a] flute dicuntur eo quod in summa aqua pro pinguedine nimia fluitentur, que etiam aliter [18b] licini vocantur, [19] et inde hec **murenula** le quod et pro parva murena et pro monili dicitur, unde in canticis murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. [20] Mollis componitur **premollis**, [21] et **quammollis**. [22] Mollio componitur **emollio** is.

[1] **Muto** as avi tum tu verbum activum, [2] inde **mutatus** a um, [3] et hec M xiv
**mutatio** nis, [4] et hic et hec **mutabilis** et hoc mutabile, [5] unde **mutabiliter** adverbium, [6] et hec **mutabilitas** tis. [7] Et componitur **immutabilis**, [8] unde **immutabiliter** adverbium, [9] et hoc **mutatorium** rii .i. vestis pretiosa pro qua sumenda alia mutatur, unde in historia regum legimus quod Naaman

---

**7** Iuv. III 317-318: iamdudum mulio virga | adnuit **8** Hor. *serm.* II 7, 35-36: blateras clamo- M xiii
re fugisque Mulvius **16** Plaut. *cas.* 491-492: volo | molliculas escas, ut ipsa mollicula est **17** *cf.* Isid. *orig.* X 177 **18** Macr. *Sat.* III 15, 8: Varro ...: In Sicilia quoque inquit Papirius manu capi murenas flutas, quod eae in summa aqua prae pinguedine flutentur **19** *cant.* I 10

**9** *cf.* *IV reg.* V 21 M xiv

---

**1** neutrum ⟨et secundum quosdam activum⟩ $P_1$ *om.* I **4** .i. mollire *om.* $P_1$ **7** iamdudum: M xiii
inde dudum A / mulio virga: virga mulio $P_1$ / innuit *et s.*l. munuit $P_1$ **8** quoque: etiam $V_1$ / blateras: blatteras $P_2$ blatera I *ante corr.* blactans $P_1$ / clamo: clamas I clamore *Mai* / fugisque: furisque *Mai* **9** mollesco ⟨incoativum⟩ $P_1$ **11** mollestra: miletra $P_1$ **12** et ... mollis *om.* A / et hoc molle *om.* I **13** *om.* A **15** ei ⟨.i. mollitia⟩ H **16** molliculus: mollicus A / in cassia *om.* $P_1$ / ut ... est *om.* $P_1$ **17** milvus: miluvus H mullus $P_1$ / sit ⟨.i. debilis⟩ H **18** pro ... molli: .i. quidam piscis crassus et mollis H / habet ⟨qui Gallice dicitur launpreie⟩ H / unde ... vocantur *om.* $P_1$ / in summa: insinua I / fluitentur: fluitent φ / que (*Mai*): quod $V_1$ **19** quod ... dicitur: parvum monile $P_1$ / argento ⟨Item a mollis hec mollusca ce .i. castanea eo quod mollis sit, que aliter dicitur iuglans quasi Iovis glans, et herodeotica ce⟩ H **21** quammollis ⟨.i. valde mollis⟩ $P_1$ ⟨ambo pro valde mollis⟩ H **22** is ⟨et demollio lis, et ab istis verbalia⟩ H ⟨permollio⟩ $P_1$

**1** avi tum tu *om.* φ$P_1$ **5** adverbium *om.* I **8** adverbium ⟨et immutabilitas⟩ H **9** re- M xiv
gum *om.* φ$P_1$ / Naaman: Neaman $M_1$

*341 M.*

duo mutatoria dedit Giezi. [10] Item a muto **mutuus** a um, [11] unde **mutuo** adverbium, [12] et **mutuo** as, [13] unde **mutuator**, [14] **mutuatus**, [15] **mutuatio**. [16] Et componitur **immutuo** as .i. mutuare .i. alternare, [17] et illud componitur **exinmutuo** as .i. pauperem facere, et ab istis verbalia. [18] Item a muto **mutilus** a um .i. sine cornibus, unde Horatius in sermonibus quid faceres cum sic mutilus minitaris? [19] Et inde **mutilo** as .i. detruncare, [20] et inde **mutilatus**, [21] **mutilatio**, [22] et componitur **emutilo** as, [23] **demutilo** as, [24] et **admutilo** as omnia in uno sensu pro detruncare dicuntur, unde Plautus in captivis si frugi est usque admutilabit probe. [25] Item a muto **muscidus** a um .i. musitus et quasi in alium colorem mutatus, unde Iuvenalis solide iam muscida frusta farine. [26] Muto componitur **demuto** as, [27] et **commuto** as, [28] et **permuto** as, [29] et **immuto** as, [30] et **transmuto** as, et ab istis verbalia.

M xv [1] **Meo** as avi tum tu verbum neutrum, [2] inde **meatus**, [3] **meatio**, [4] et hic et hec **meabilis** et hoc meabile, [5] et hic **meatus** ui, [6] et hic **meander** ri .i. flexuositas cuiuslibet amnis quod etiam quandoque generaliter pro qualibet deceptione ponitur, unde Prudentius in libro ymnorum o tortuose serpens, qui mille per meandros agitas quieta corda. [7] Item a meo per compositionem hic **porthmeus** ei .i. portus ubi frequenter meatur, unde Iuvenalis tetrumque novicius horret por*thm*ea. [8] Et hic **mechus** chi .i. adulter dicitur a meo quia frequenter de una uxore ad aliam meat, unde Iuvenalis cum leno accipiat mechi bona; [9] et inde hec **meca** ce pro adultera, [10] et hec **mechia** e .i. adulterium, [11] et **mechor** aris

---

M xiv **18** Hor. *serm.* I 5, 59-60 **24** Plaut. *capt.* 269 **25** Iuv. V 68: solidae iam mucida frusta farinae

**6** Prud. *cath.* VI 141-144: o tortuose serpens ... meandros | fraudesque flexuosa | agitas ... **7** Iuv. III 265-266 **8** Iuv. I 55

---

Giezi: Giizei I **10** mutuus: mutus $V_1IP_1$ **12** as ⟨unde verbalia⟩ $M_1$ **13-16** unde ... mutuare *in marg.* I **13** mutuator ⟨ris, et hec mutuatrix cis⟩ H **16** immutuo: exinmutuo I *ante corr.* / .i.: vel $P_1$ **18** muto ⟨Ovidius de arte amatoria [III 249-250] turpe pecus mutilum turpis sine gramine campus et sine fronde frutex et sine crine caput⟩ *in marg.* H / in sermonibus *om.* $P_1$ / quid: quali $HAP_2$ / minitaris: minitares H *ante corr.* **19-23** .i. detruncare ... as *om.* $V_1$ **20** ⟨hic mutilator ris, et hec mutilatrix cis⟩ mutilatus ⟨ta tum, unde Ovidius [*nux* 37] mutilatis cornibus io⟩ H **24** omnia: omnes / in captivis *om.* $IP_1$ / frugi est: frugiem $P_2$ *ante corr.* / usque *om.* / admutilabit: admutilabis $P_1$ / probe: proprie $M_1$ prome $P_1$ **25** muscidus: mucidus π / .i. musitus: quasi musidus $P_1$ / quasi *om.* $P_1$ / muscida: mucida $V_1H$ / frusta (*Mai*): frustra $V_1A$ **26-30** *alio ordine* $\varphi P_1$ **28** *in marg.* I **30** *in marg.* I

M xv **2-3** *mutato ordine* $AP_2$ **4** et hoc meabile *om.* π **6** meander: meandrus φ / flexuositas: fluxuostitas *Mai* / quandoque generaliter *om.* φ / qualibet: quacumque $P_1$ / deceptione *om.* $M_1$ *ante corr.* A / meandros: meandras A / agitas quieta corda: et cetera $P_1$ **7** porthmeus *Mai*: pormeus $P_2P_1$ porphmeus $V_1$ *post corr.* porphienus $V_1$ *ante corr.* porphineus I porineus $M_1A$ phormeum H / porthmea *Mai*: pormea $P_2P_1$ porphinea $V_1I$ porinea $M_1A$ phormea H **8** quia: eo quod I / unde ... bona *om.* $P_1$ / Iuvenalis ⟨in superiore dicto exemplo⟩ I **9** pro adultera ⟨unde Iuvenalis [VI 278] si tibi zelotipe retegantur scrinia meche⟩ H *om.* φ

.i. adulterari, et inde verbalia. [12] Meo componitur **commeo** as, [13] et inde hic **commeatus** us, [14] et **commeabilis**, [15] et **commeabiliter** adverbium, [16] **remeo** as .i. redire, [17] **demeo** as .i. transire, [18] **permeo** as, [19] **transmeo** as, et ab istis verbalia.

[1] **Mitto** is misi sum su verbum activum, [2] inde **missus** a um, [3] et hec **missio** nis, [4] et hic et hec **missilis** et hoc missile .i. ad mittendum habilis, [5] unde iaculum quodlibet **missile** dicimus. [6] Et hec **mephitis** is .i. locus quilibet fetorem emittens, unde Persius gutture sulphureas lento exalante mephites; [7] et **missito** as .i. frequenter mittere, unde Macrobius de Saturnalibus placenta, inquit, mutuo missitant. [8] Dicimus quoque **mittito** as pro frequenter mittere. [9] Item a mitto hec **missa** e, [10] unde hoc **missale** is pro libro, [11] et hic **missaticus** ci qui frequenter canit missam, [12] et hoc **missorium** rii .i. conca modica ubi aliquid liquoris immittitur. [13] Mitto componitur **emitto** is, [14] unde **emissus** a um, [15] et hec **emissio** nis, [16] et **emissarius** a um .i. ad emittendum aptus, unde et fortes equos et veloces emissarios dicimus, [17] et **emissicius** a um .i. quod cito in diversis locis emittitur ut oculus, unde Plautus exeundum hercle tibi est cum oculis emissiciis circumspectrix. [18] Componitur quoque **promitto** is .i. concedere, [19] **committo** is, [20] **dimitto** is, [21] **remitto** is, [22] **summitto** is, [23] **immitto** is, [24] **demitto** is .i. deorsum mittere, et ab omnibus istis verbalia. M xvi

---

6 Pers. III 99: gutture sulpureas lente exhalante mefites  7 Macr. *Sat.* I 7, 25: placentasque mutuo missitant  17 Plaut. *aul.* 40-41: Exi, inquam, age exi: exeundum hercle tibi hinc est foras | circumspectatrix cum oculis emissiciis

---

11 .i. adulterari *om.* φ  15 *om. Mai* / commeabiliter ⟨et commeatio⟩ H / adverbium *om.* $V_1$H  18 as ⟨transire, et inde verbalia⟩ $P_1$  19 *om.* $P_1$ M xv

1 Mitto (*Mai*): Mito $V_1$ / misi *om.* I  4 missilis: missibilis I φ / mittendum: mittandum $P_2$  5 quodlibet: quoddam $AP_2$  6 mephites ⟨Item a mitto missaticus a um, et missaticus ci .i. equus qui mittitur ad equas saliendas, et a supino missu misso as quod non est in usu⟩ $P_1$  7 frequenter mittere *om.* $P_1$ / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / mutuo: inmutuo φ  10 pro ⟨quodam⟩ $V_1$ / libro ⟨in quo missa cantatur⟩ H  11 missaticus: missaticius $P_1$ / ⟨ille⟩ qui $P_2P_1$ / canit: cantat $M_1$ cantant A  12 liquoris: loqueris A  16 .i. *om. Mai* / emittendum: mittendum $AP_1$ / et ... emissarios: fortes et veloces equos ⟨qui ascendunt equos⟩ emissarios $P_1$  17 emissicius: emissurus $P_1$  17 oculus: occulus I / Plautus ⟨in aularia⟩ H φ / hercle tibi est: tibi hercle est $P_1$ / emissiciis: emissiriis $P_2$ emissariis $P_1$ *om.* A  18-24 *alio ordine* $P_1$  18 promitto: permitto H *Mai* ⟨premitto⟩ φ / .i. concedere *post* 19 $HP_1$ *post* 20 φ  19 *om.* $V_1$ φ  21 is ⟨.i. dimittere; admitto recipere; amitto perdere⟩ $M_1$A  22 is ⟨subponere; omitto dimittere, quod etiam pretermitto, et intermitto, permitto, intermitto⟩ $M_1$A ⟨.i. supponere, omitto tis .i. dimittere quod etiam permitto tis, et intermitto tis⟩ *in marg.* $P_2$ ⟨omitto .i. amitto, et intermitto, premitto, pretermitto⟩⟩ $P_1$  23 *om.* $P_2$  24 mittere: mitto ⟨et amitto perdere, admitto recipere. Committere tres habet significationes pro cedere et pro peccare, unde [?] comissa mea pavesco; et pro facere [?] ubi dum committent bellum dracho⟩ $P_1$ / verbalia ⟨Dicitur quoque admitto .i. (.i. *om.* $M_1$) equum ad cursum calcaribus cogere, Ovidius de remediis [*Pont.* II 6, 38] non nocet admisso subdere calcar equo⟩ $M_1$A M xvi

M xvii [1] **Mus** ris, [2] inde **musculus** li .i. parvus mus quod et pro quadam parte brachii dicitur, [3] et **murinus** a um, [4] et hec **muscerda** de .i. stercus murium. [5] Et componitur mus hic **murilegus** gi .i. catus quia mures legit .i. colligit, [6] et hic **muriscidus** di .i. homo ignavus et remissus et ad nihil aliud utilis nisi ad mures scindendos .i. excoriandos, unde Plautus in Epico ve tibi, inquit, muriscide homo. [7] Componitur quoque hec **muscipula** e .i. deceptio quedam ad mures capiendos et ponitur generaliter pro qualibet deceptione, [8] et inde hic **muscipulator** ris .i. deceptor. [9] Componitur etiam hec **mustricula** e .i. quedam machina que mures stringit. [10] Et secundum Ysidorum hic et hec **mustela** le dicitur a mure per compositionem et dicitur mustela quasi mus longus, nam [10a] telon longus dicitur, [11] unde et **telum**, [12] et **tela**, [13] et inde hoc **mustelarium** rii .i. fovea mustele.

M xviii [1] **Medeor** eris mutuat preteritum et dicitur medicatus sum, [2] inde hec **medela** e, [3] et hic **medicus** ci, [4] unde hec **medicina** ne, [5] inde hic et hec **medicinalis** et hoc medicinale, [6] et **medicinaliter** adverbium. [7] Et componitur **immedicinalis**, [8] et **medicor** aris, [9] unde **medicator**, [10] **medicatus**, [11] **medicatio**, [12] **medicabilis**, [13] **medicabiliter** adverbium, [14] et hoc **medicamen** nis, [15] unde hoc **medicamentum** ti. [16] Medeor componitur **remedeor** eris, [17] unde hoc **remedium** ii, [18] et **remediolum** diminutivum.

M xix [1] **Muteo** es tui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **mutesco** cis, [3] quod componitur **obmutesco** cis, [4] et **mutus** a um, [5] unde **mutio** is .i.

---

6 Plaut. *Epid.* 333: vae tibi muricide homo! 10 *cf.* Isid. *orig.* XII 3, 3; XVIII 7, 10; XX 15, 3

5 Pers. I 119: me muttire nefas (men *codd.*)

---

M xvii **1** ris ⟨promiscuum⟩ $P_1$ **2** parvus mus: diminutivum $P_1$ / et: etiam $HM_1A$ **4** muscerda: musceda $P_1$ murceda I / murium: muris $P_2$ **5** catus: cattus I A / quia: qui H / .i. *om. Mai* **6** muriscidus: muricidus $IP_1$ / et ad: ad φ$P_1$ / excoriandos: decoriandos H / in epico: in Epidico *Mai om.* $P_1$ **7-8** *om.* I **7** quoque *om.* $V_1$ / hec *om. Mai* / capiendos ⟨facta⟩ $P_1$ **9** mustricula: mutricula $P_1$ mustripula $P_2$ / stringit: stringendos (stringendo A) capit $M_1A$ **10** hic et *om.* I *Mai* / et: vel $HM_1A$ / hec *om.* I / dicitur a mure *om.* I / telon: telion π / longus: longum $M_1AP_1$ **11** et *om.* $P_1$ / tela ⟨et stilus, et epistilium⟩ $P_1$ **13** mustelarium: mustellarium $V_1IP_2$ mustelareum $M_1A$

M xviii **1** preteritum ⟨a medicor aris⟩ $P_1$ / medicatus: meditatus $P_1$ *ante corr.* / sum ⟨et supina medicatum tu⟩ $P_1$ **2** e ⟨unde medico as⟩ $P_1$ **4** unde ⟨medicus⟩ A **5** et hoc medicinale *om.* I **6** adverbium *om.* I φ **7-13** *om.* $V_1$ **7** *om.* H **8** et ⟨ab hoc nomine medicus⟩ $P_1$ ⟨item a (a *om.* $P_2$ *ante corr.*) medeor⟩ φ **9** medicator ⟨medicatrix⟩ H **10** *om.* H **12** medicabilis ⟨et hoc medicabile, quod componitur immedicabilis⟩ H **13** adverbium *om.* I **14** *om.* A **15** ti ⟨a medicus medicus a um⟩ H **16** remedeor (*Mai*): remedior $V_1$ **17** ii ⟨et remediabilis, quod componitur irremediabilis⟩ $P_1$

M xix **2** cis ⟨incoativum⟩ $P_1$ **3** *om.* $V_1$ / quod: et $M_1$ / ⟨commutesco⟩ obmutesco I / cis ⟨et muteo componitur obmuteo⟩ $P_1$

*343 / 344 M.*

murmurare, unde Persius men mutire nefas; [6] et inde **muttitio** nis, [7] et **musso** as, [8] et **mussito** as omnia pro murmurare, et ab istis verbalia. [9] A verbo quoque mutio dicitur hoc **murmur** ris quod etiam hic murmur ris, unde in evangelio et murmur multus erat in plebe; [10] et inde **murmuro** as, [11] unde **murmurator**, [12] quod aliter dicitur hic **murmurro** nis, [13] et **mugissor** oris, [14] et **murmuratus** a um, [15] et hec **murmuratio** nis. [16] Et componitur **summurmuro** as, [17] et **obmurmuro** as, [18] et **immurmuro** as, et ab istis verbalia.

[1] **Munio** nis nii vel nivi tum tu verbum activum, [2] inde **munitus** a um, M xx
[3] et hec **munitio** nis, [4] et inde hec **munitiuncula** le diminutivum, [5] et hoc **munitium** tii .i. obsidio, unde in libro regum quarto rex Assiriorum non ingredietur urbem hanc nec circumdabit eam munitio; [6] et pluraliter **menia** orum quasi munia eo quod muniant urbem, [7] et inde **meniatus** a um .i. meniis circumdatus. [8] Item a munio hic **murus** ri, [9] unde hoc **murale** is pro muro, [10] et componitur **antemurale** is .i. defensio ante murum sicut vallum et fosse quod et pro murale dicitur, unde propheta ponetur in ea dominus murus et antemurale; [11] et **muratus** a um .i. muro ornatus, [12] et hec **muria** .i. fex olei eo quod fit oleo pro muro quia naturalius retinet liquorem quam si esset sine fece, unde Persius tingit holus siccum muria vafer. [13] Item a munio hoc **munus** ris,

---

**9** Ioh. VII 12: et murmur multum erat in turba M xix

**5** IV *reg.* XIX, 32: de rege Assyriorum: non ingredietur urbem hanc nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus nec circumdabit eam munitio **10** Propheta = *Is.* XXVI 1: ponetur in ea | murus et antemurale **12** Pers. VI 20: tinguat holus siccum muria vafer M xx

---

**5** murmurare: submurmurare H murmuro $P_1$ **6** muttitio: mutio $P_1$ musicio $V_1$ mutisco (mutesco A) φ **8** ⟨musito tas, vel⟩ mussito H / omnia: omnes π / verbalia ⟨Dicitur etiam musso (as A sas $P_2$) pro dubito (as A tas $P_2$), Plautus (Pacuvinus $M_1$ (*vix legitur*) Pacuvius A) [Enn. *ann.* 446 *Vahl.*²] bonos homines mussare non decet; et tunc inde venit per compositionem amussis (amissis $P_2$) ab a (abi A) quod est sine et musso as (sas $AP_2$) quasi sine dubitatione, et dicitur proprie perpendiculum illud sive plumbum cum quo cementarii perpendunt equalitatem sive inequalitatem parietis, inde per compositionem examussim (examussis A) adverbium .i. valde sine dubitatione⟩ φ **9** quoque *om.* $P_2$ / ris ⟨unde Claudianus de raptu Proserpine [I 88] et Flegetontee siluerunt murmura ripe⟩ H / quod ⟨antiquitus dicebatur⟩ $P_1$ / et *om.* A / murmur *om.* I / erat *post* et $P_1$ / ⟨de illo⟩ in H / plebe: populo I φ **11** murmurator ⟨ris, et hec murmuratrix cis⟩ H **12** dicitur *om.* $V_1$H / murmurro: murmuro $HP_2$ murro I / nis ⟨.i. murmurator⟩ H **16** Et: quod $P_2$ **17** as *om. Mai* **18** as ⟨et admurmuro as⟩ H M xix

**1** nii vel *om.* $AP_2P_1$ vel nivi *om* $M_1$ **5** munitium: munitum $P_2$ / obsidio: obsidium φ / quarto *om.* $P_1$ / eam (*Mai*): *om.* $V_1$ / munitio: munitium *Mai om.* $V_1$ **6** muniant: muniat A **7** meniatus: muniatus $P_1$ / meniis: menibus $P_1$ **9** muro: munio I *ante corr.* **10** antemurale ⟨pro muro⟩ $P_2$ *ante corr.* / is ... antemurale *om.* $P_1$ / et *om.* I / ⟨et⟩ propheta $V_1M_1$ / dominus *om.* φ / et antemurale (*Mai*): *om.* $V_1$ **11** ornatus: munitus H **12** muria: mura $V_1$ *ante corr.* **12** olei ⟨vel vini⟩ $P_1$ / fit: sit H *om.* $M_1$ *ante corr.* / retinet: tenet φ / liquorem: colorem $P_1$ / quam (*Mai*): quod $V_1$ / tingit: tangit $P_1$ / siccum (*Mai*): succum $V_1$ / muria (*Mai*): muridum $V_1$ M xx

[14] unde hoc **munusculum** li diminutivum, [15] et inde hic **munuscularius** rii qui pro munere servit, unde Augustinus de civitate Dei in septimo tamquam munuscularios vectigalium conductores; [16] et **munium** nii .i. munus vel laus, [17] et **munero** as .i. remunerare, unde Homerus et prior Aiacem deaurato munerat ensem. [18] Et componitur **remunero** as, [19] unde **remunerator,** [20] **remuneratus,** [21] **remuneratio.** [22] Et **munerosus** a um dicitur a munere .i. largus vel munere dignus, unde Iosephus in sexto que verba novissima munerose suscipiens. [23] Munus componitur **munificus** a um .i. largus quasi munera faciens, [24] et inde **munifice** adverbium, [25] et hic et hec **munificentior** et hoc munificentius, [26] et **munificentissimus** ambo pro largus, unde Iosephus in duodecimo ponens adverbium ait per multos dies munificentissime eos pavit; [27] et inde hec **munificentia** e .i. largitas. [28] Item a munio hoc **munimen** nis, [29] unde hoc **munimentum** ti ambo pro defensione. [30] Et per compositionem hic **municeps** is .i. castellanus vel princeps qui munitionem capit, [31] et inde hoc **municipium** .i. castellum, [32] et hic et hec **municipalis** et hoc municipale. [33] Munus etiam componitur **immunis** .i. sine munere, [34] et hic et hec **communis** et hoc commune, [35] unde **communiter** adverbium, [36] et hec **communitas** tis, [37] et **communio** nis, [38] unde **communico** as, [39] et inde **communicatus,** [40] et **communicatio,** [41] et **communicanter** .i. participanter adverbium. [42] Munio componitur **communio** nis, [43] et **premunio** nis.

M xxi [1] **Mulceo** es mulsi sum su verbum neutrum, [2] inde hic et hec **mulcibilis** et hoc mulcibile, [3] unde **mulcibiliter** adverbium, [4] et **mulcedo** nis .i. suavitas, [5] et **mulsus** a um .i. mitigatus, [6] et **mulsa** se .i. potio quedam que fit ex

---

15 Aug. *civ.* VII 4: tamquam minuscularios vectigalium conductores 17 Hom. Lat. 628: Hector Aiacem deaurato munerat ense 22 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* VI p. 167 *F.*: Quae verba novissima David Ionathas onerose suscipiens 26 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 341 *F.*: et per multos dies munificentissime eum pavit

---

**14** diminutivum *om.* φ **15** in septimo *om.* $P_1$ / munuscularios (*Mai*): muscularios $V_1$ **16** et ⟨inde⟩ *Mai* / laus ⟨sive officium, unde [Sulp. Sev. *epist.* III 13, p. 148 *Halm*] munia tua .i. officia vel laudes devotus implebo; et componitur immunis .i. sine officio⟩ $P_1$ **17** .i. remunerare *om.* $P_1$ / prior: prius φ / deaurato: aurato φ **19-21** remunerator, remuneratus, remuneratio: verbalia φ **19** remunerator ⟨remuneratrix⟩ H **22** munere: munero I / in sexto *om.* $P_1$ / suscipiens: suscepit $P_1$ **25** et hoc munificentius *om. Mai* **26** in duodecimo: in XI I φ *om.* $P_1$ / ponens adverbium ait *om.* H / multos dies: dies multos φ / munificentissime eos: eos munificentissime $P_1$ **29** ambo: utrumque $P_1$ **30** vel *om.* $P_1$ / munitionem: munionem $P_2$ *ante corr.* municipem I **31** municipium (*Mai*): mucipium $V_1$ / castellum (*Mai*): catellum $V_1$ **32** municipalis (*Mai*): mucipialis $V_1$ *post corr.* mucipinnalis $V_1$ *ante corr.* **33** etiam *om.* $M_1$A / immunis ⟨et hoc immune⟩ HI / munere ⟨et hec immunitas tis⟩ H **34** et hoc commune *om.* φ **35** adverbium *om.* A **38** as ⟨unde verbalia⟩ φ **39-40** *om.* φ **40** communicatio ⟨communicatrix⟩ H **41** participanter ⟨et componitur excomunico as, et inde verbalia⟩ I ⟨et componitur excommunico⟩ $P_1$ / adverbium ⟨et componitur excommunico cas .i. extra communionem ponere, et inde verbalia⟩ H *om.* I **43** nis ⟨unde verbalia⟩ H ⟨et inde verbalia⟩ I ⟨nii⟩ $P_1$

**1** neutrum ⟨vel activum sed caret supinis⟩ $P_1$ **2** mulcibilis (*Mai*): mucibilis $V_1$ **3** adverbium *om.* I

vino et aqua, octo partes continens aque et novem vini, unde Macer de viribus herbarum in mulsa coctum commixtum cum sit acetum. [7] Dicimus quoque hoc **mulsum** si pro novo vino, unde in libro Esdre comedite pinguia et bibite mulsum. [8] Item a mulceo hoc **mustum** ti eo quod mulsum .i. suave sit ad bibendum, [9] et inde **musteus** a um, [10] et hoc **mustacium** cii idem quod mustum, unde Iuvenalis quare cenam et mustacia perdas. [11] Et **mulco** as dicitur a mulceo .i. mulcere, unde Iosephus in quintodecimo convocans eos oratione mulcavit; [12] et inde **mulcator,** [13] **mulcatus,** [14] **mulcatio.** [15] Item a mulceo hec **mulier** ris eo quod mulceat virum, [16] et inde hec **muliercula** e diminutivum, [17] et hic et hec **muliebris** et hoc muliebre, [18] et hic **mulierarius** rii .i. frequens mulieris appetitor. [19] Mulceo componitur **demulceo** es.

[1] **Mendicus** a um, [2] inde hec **mendicitas** tis, [3] et **mendiculus** a um .i. pauper et tenuis, unde Plautus in Epico quid erat induta? an regillam induculam an mendiculam? [4] Et **mendico** as .i. cibum hostiatim querere, [5] et inde **mendicanter** adverbium, [6] et **mendicatus,** [7] et hec **mendicatio,** [8] et **mendicabilis,** [9] et **mendicabiliter** adverbium, [10] et hoc **mendicabulum** li .i. locus mendicantium, unde Plautus in Epico memorare nolo hominum mendicabula. M xxii

[1] **Misceo** es miscui mixtum tu verbum activum, [2] inde **mixtus** a um, [3] et hec **mixtio** nis, [4] et **mixticius** a um, [5] et **mixtim** adverbium, [6] et hoc **miscillum** li mixtio diversarum vocum, unde Martianus Capella miscilla M xxiii

---

**6** Macer = Odo Magd. 167 In mulsa ... cui sit acetum est quare cenam et mustacea (mustacia *codd.*) perdas p. 452 *F.*: convocans eos hac oratione mulcebat dicens **7** II *Esdr.* VIII 10 **10** Iuv. VI 202: **11** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XV M xxi

**3** Plaut. *Epid.* 223 **10** Plaut. *aul.* 703 M xxii

**6** Mart. Cap. IX 913: miscilla sacrae dum geruntur (feruntur *var. l.*) curiae M xxiii

---

**6** fit *om.* I / vino et *om.* $P_1$ / aque *om.* $M_1$ *ante corr.* A / de viribus herbarum *om.* $HP_1$ / in: vel $M_1$ / cum sit: cui sit $M_1A$ crescit I **7** comedite ⟨inquit⟩ $V_1H$ / bibite (*Mai*): bibite ⟨multum vel⟩ $V_1$ / mulsum ⟨vel mustum⟩ I **8** mulceo: multio $M_1A$ **10** cenam: cenas I **11** a mulceo *om.* φ / unde ... quintodecimo *om.* $P_1$ **12** mulcator ⟨mulcatrix⟩ H **16** diminutivum ⟨vel secundum quosdam dicitur a molliendo quasi mollier⟩ H **18** appetitor: appetite A **19** Mulceo: Mulcedo A / es ⟨unde verbalia⟩ H ⟨permulceo⟩ $P_1$ M xxi

**3** pauper: pauperculus π / in epico: in Epidico $V_1$I *om.* $P_1$ / induculam: indiculam $P_1$ / an mendiculam *om.* $P_1$ **5-7** mendicanter ... mendicatio: verbalia φ **5** adverbium *om.* $V_1$ **6** et ⟨hic mendicator, mendicatrix⟩ H **7** hec *om. Mai* **9** adverbium *om.* $V_1$I **10** in Epico: in Epidico *Mai om.* $P_1$ / nolo hominum: hominum nolo $P_1$ M xxii

**1** mixtum ⟨tum⟩ $P_1$ / verbum activum (*Mai*): verbum activum ⟨et hoc miscillum li mixtio diversarum vocum⟩ $V_1$ *om.* φ **3** nis ⟨et hoc mixtum ti .i. cibus qui ante prandium sumitur⟩ H **4** mixticius: misticius *Mai* mixtius $M_1A$ mixtiuus $P_2$ **5** *om.* I **6** miscillum: mixtillum φ / mixtio: commixtio φ / Capella *om.* $P_1$ / miscilla ($M_1$ *ante corr.*): mixtilla $M_1$ / M xxiii

sacre dum feruntur curie. [7] Item a misceo **miscellanus** a um .i. mixtus, [8] quod etiam **miscellaneus** a um dicitur, [9] unde **miscellanea** vasa dicimus in quibus prandia gladiatorum commiscebantur, Iuvenalis sic veniunt ad miscellanea ludi; [10] et hic **miscellio** nis .i. ille qui novit artem diversos miscendi potus, [11] et hec **mixtura** re, [12] quod componitur **commixtura**. [13] Misceo componitur **commisceo** es, [14] unde **commixtus** a um, [15] et hec **commixtio** nis, [16] et **commixtim** adverbium, [17] et **commiscuus** a um .i. commixtus, [18] **promisceo**, [19] unde **promixtus**, [20] et hec **promixtio** nis, [21] et **promiscuus** a um .i. mixtus, [22] **permisceo** es, [23] unde **permixtus**, [24] et **permixtio**, [25] et **permixtim** adverbium, [26] et **permiscuus** a um, [27] **admisceo**, [28] unde **admixtus**, [29] et **admixtio**, [30] et **admixtim** adverbium, [31] et **admiscuus** a um, [32] **immisceo** es, [33] unde **immixtus**, [34] et **immixtio**, [35] et **immixtim** adverbium, [36] et **immixticius**.

M xxiv [1] **Mitis** comparatur mitior mitissimus, [2] unde **mitius** mitissime adverbia, adverbium positivum non est in usu, [3] et hec **mitia** e .i. mansuetudo quod in expositione Aimonis super epistolas Pauli reperies; [4] et hec **mithus** thi .i. fabula iocosa et relatu dulcis, unde Martianus nunc ergo mithos terminatas infiunt. [5] Item ab hoc nomine quod est mitis **miteo** es quod non est in usu, [6] sed inde dicitur **mitesco** cis, [7] et **mitigo** as, [8] unde **mitigator**, [9] **mitigatus**, [10] **mitigatio**. [11] Et componitur **demitigo** as .i. demulcere, unde Terentius utinam videam demitigari tibi caput sandalio; [12] et inde **demitigatus**, [13] **demitigatio**. [14] Mitis componitur **immitis**, [15] et **mitifico** as.

---

M xxii 9 Iuv. XI 20

M xxiv 3 *non repperi* 4 Mart. Cap. II 220: nunc ergo mythos terminatur infiunt (terminatus *var. l.*) **11** Ter. *eun.* 1028: utinam tibi conmitigari videam sandalio caput!

---

M xxiii dum feruntur: deferuntur $P_1$ **7** miscellanus: mixcellanus I / .i. *om.* $V_1$ **8** miscellaneus (*Mai*): miscelleneus $V_1$ micellaneus $P_2$ **9** dicimus: dicuntur I / prandia: prandium $V_1$ *ante corr.* / veniunt *om.* I / miscellanea (*Mai*): miscellenea $V_1$ **10** miscellio: miscelio $M_1$ muscelio A / ille *om.* I **12** *om.* $M_1$A **14-15** commixtus ... nis: verbalia φ **15-17** *om.* $P_1$ **18** promisceo ⟨autem .i. mixtus⟩ I **19-20** promixtus ... nis: verbalia φ *om.* I **21** *post* 25 $P_2$ *om.* $M_1$A / .i. mixtus *om.* $P_2$ **23-24** permixtus, et permixtio: verbalia φ **23** *om. Mai* **28-29** admixtus, et admixtio: verbalia φ **30** adverbium *om.* $M_1$A **33-34** immixtus, et inmixtio: verbalia φ **35** adverbium *om.* $V_1M_1$ **36** *om.* $P_1$ / immixticius: immiscuus φ

M xxiv **1** mitis ⟨mite⟩ $P_1$ / comparatur *om.* $M_1$ **2** unde ⟨mite⟩ I / adverbia *om.* $P_1$ Mai / adverbium ⟨autem⟩ H ⟨nam⟩ φ / positivum: positivi (*in marg.* I) π ⟨scilicet mite⟩ *in marg.* I **3** Aimonis: Haimonis H Hamionis A *om.* $P_1$ / reperies: invenies $P_1$ **4** fabula (*Mai*): fabulosa $V_1$ / ergo: ego I / terminatas: terminatus A / infiunt: infuit A inferunt $P_1$ **6** cis ⟨.i. mansuescere⟩ H **7** as ⟨.i. mitem facere⟩ H ⟨.i. mitem ago⟩ $P_1$ *post corr.* **8-10** *om.* φ **8** mitigator ⟨mitigatrix⟩ H **10** mitigatio ⟨et mitigabilis mitigabile, mitigabiliter, quod componitur immitigabilis, immitigabiliter⟩ $P_1$ **11** videam: videas $P_1$ videar $V_1$ *post corr.* I / sandalio: sandolio A sandario $P_1$ **12-13** et inde demitigatus, demitigatio: et ab his verbalia φ **12** inde ⟨demitigator⟩ $P_1$ **15** as ⟨unde verbalia⟩ H

*347 / 348 M.*

[1] **Misereor** ris misertus sum verbum deponens, [2] inde **misertus** a um, [3] et **miser** a um quod comparatur miserior miserrimus, [4] unde **misere** miserius miserrime adverbia, [5] et hec **miseria** e, [6] et **misellus** a um, [7] et **misellulus** a um ambo diminutiva, [8] et **miseret** verbum defectivum, Terentius miseret me tui Geta. [9] Miser componitur **misericors** et dicitur misericors quasi mirum cor habens super aliquem afflictum, [10] unde **misericorditer** adverbium, [11] et hec **misericordia** e. [12] Misericors componitur **immisericors**. [13] Item a misereor **misero** as .i. misereri, unde Iosephus in quartodecimo petebat se miserari a regno depulsum; [14] et inde **miserator**, [15] **miseranter** adverbium, [16] et **miseratus**, [17] **miseratio**, [18] **miserabilis**, [19] unde **miserabiliter** adverbium. M xxv

[1] **Madeo** es ui verbum neutrum, [2] inde **madidus** a um quod comparatur madidior madidissimus, [3] unde **madide** madidius madidissime adverbia, [4] et hec **madiditas** tis, [5] et **madidulus** a um .i. aliquantulum madidus, [6] et hoc **mador** ris .i. madiditas, unde Martianus Capella quid agat properata madorem. [7] Item a madeo **madesco** is, [8] et hec **matula** le .i. vas ad urinam recipiendam, [9] quod etiam hoc **matellum** li dicitur. [10] Madeo componitur **emadeo** es, [11] et **demadeo** es, unde Ovidius tristium et te flente suos demaduisse sinus. M xxvi

[1] **Maceo** es non est in usu, [2] sed inde dicitur **macer** a um quod comparatur macrior macerrimus, [3] unde **macre** macrius macerrime adverbia, [4] et hec **macies** ei, [5] unde hec **maciecula** e diminutivum, [6] et **macesco** is .i. esse macer, unde Plautus in captivis macesco consenesco et tabesco M xxvii

---

**8** *cf.* Ter. *Phorm.* 188 **13** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XIV p. 402 *F.*: petebat misereri se a regno depulsum M xxv

**6** Mart. Cap. II 123: quid agat per aperta madorem **11** Ov. *trist.* V 4, 40: et te flente suos emaduisse sinus M xxvi

**6** Plaut. *capt.* 134 M xxvii

---

**1** verbum deponens *om.* φ **2** *om.* I **3** miserior: misereor $V_1$ **5** miseria: mesiria $P_2$ **6** um ⟨diminutivum⟩ I **7** *om.* I **8** verbum: averbum $V_1$ *ante corr.* / Terentius *om. Mai* / tui: cui I / Geta: genita $M_1$A **9** misericors (*Mai*): miserior $V_1$ / et: quod $P_1$ *om.* HI / misericors *om.* HI$P_1$ / afflictum *om.* I **13** misereor ⟨miseror aris, vel⟩ $P_1$ / petebat: patebat $P_1$ / regno (*Mai*): regnum $V_1$ **14** *om.* φ / miserator ⟨et hec miseratrix⟩ H **15** *post* 19 $P_1$ **16** *post* 14 $P_1$ **19** adverbium ⟨et componitur immiserabilis, et immiserabiliter⟩ H M xxv

M xxvi *post* M lviii φ
**2** comparatur (*Mai*) *om.* $V_1$ **3** adverbia *om.* I **4** madiditas (*Mai*): maditas $V_1P_1$ **6** madiditas: maditas $P_1$ / Capella *om.* $P_1$ / agat: agitat I *ante corr.* **7** is ⟨incoativum⟩ $P_1$ **8** matula: matila $P_1$ / recipiendam ⟨aptum⟩ $P_1$ **9** matellum: matillum $P_1$ **10-11** es ... unde *om.* $P_1$ **11** te flente: te flicte $P_1$ rudente I / sinus ⟨et ab hiis verbalia⟩ H ⟨Item componitur immadeo es, et madefacio cis. Item a madeo madido as vi activum⟩ $P_1$

**1** ⟨sed⟩ non $V_1$ ⟨quod⟩ I$M_1$ **3-5** unde ... unde *in marg.* $V_1$ **6** macesco: maciesco $P_2$ / is ⟨incoativum⟩ $P_1$ / .i. esse macer: .i. sum macer $M_1P_2$ .i. fio macer A .i. esse macrum Mai *om.* $P_1$ / in captivis *om.* $P_1$ / macesco: maciesco $P_2$ / consenesco: et senesco φ / M xxvii

miser; [7] et **macilentus** a um .i. macer et comparatur macilentior macilentissimus, [8] unde **macilente** macilentius macilentissime adverbia, [9] et hec **macilentia** e .i. macies, [10] et pluraliter **macia** orum intestina scilicet que sordes eliciunt. [11] Item a maceo vel a macer hic **macor** ris .i. macies, [12] et hec **macritudo** nis, [13] et hoc **macellum** li, [14] unde hoc **macellulum** li, [15] et hic **macellio** nis .i. macellarius qui carnes vendit, [16] et **macero** as, [17] unde **maceratus**, [18] **maceratio**, [19] et hec **maceria** e, [20] et inde hic **macerio** nis .i. maceriarum instructor, [21] et componitur **dimacero** as, et inde verbalia.

M xxviii [1] **Mingo** is minxi tum tu verbum neutrum, [2] inde hic **mictus** ui, [3] et **mictim** adverbium, [4] et **mincticius** a um, [5] sicut **mincticium** dicimus liquorem vel quia minctui est similis vel quia eum mingimus; [6] et **minso** as .i. frequenter mingere, [7] unde **minsator**, [8] **minsatus**, [9] **minsatio**, [10] **minsatilis** .i. quod cito emingimus sicut nimis aquosa vel parum cocta cervisia, [11] et hoc **minsaterium** rii vas quod recipit minctum quasi nimia minsatione tritum, [12] et **minsito** as aliud frequentativum, et inde verbalia. [13] Item a mingo **mincturio** is verbum desiderativum et dicitur mincturio quasi mingere desidero, unde Iuvenalis hic ponunt lecticas micturiunt hic. [14] Dicimus quoque **meio** is pro mingere; [15] et componitur **immeio** is, unde Persius patricie immeiat vulve. [16] Mingo componitur **immingo** is, [17] et **emingo** is.

M xxix [1] **Maneo** es mansi verbum neutrum et caret supinis, [2] inde hec **mansio** nis, [3] unde hec **mansiuncula** le, [4] et **mansionarius** a um, [5] et **mansito** as

M xxviii **13** Iuv. VI 309 **15** Pers. VI 73

miser *om.* $P_1$ **7** .i. macer *om.* φ **8** adverbia *om.* $M_1$A **10-11** *in marg.* I **10** intestina ⟨illa⟩ $P_1$ / scilicet *om.* $P_1$ **11** vel a: vel $V_1P_2$ / hic ⟨marcor vel⟩ $P_2$ / macor: marcor $P_1$ **13** li ⟨.i. locus ubi carnes venduntur per antifrasim quia non est macrum sed crassum⟩ H **14** *om.* $V_1$I / li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **16** as ⟨.i. discerpere (*s.l.* .i. torquendo macrum facere, vel torquere)⟩ H **17** unde ⟨macerator, maceratrix⟩ H **19** e ⟨.i. sepes lapidee vinearum vel fructuum⟩ H ⟨murus sine cemento de lapidibus circum vites⟩ $M_1$A **20** macerio: macio φ / instructor: structor $P_1$

M xxviii **1** minxi: mixi I **2** mictus: minctus $M_1P_1$ **3** mictim: minctim $M_1P_1$ **4** mincticius: micticius $V_1$φ **5** mincticium: micticium IA$P_2$ micticius $M_1$ / minctui: mictui mictu $V_1$I / mingimus: migimus I$P_1$ **6** *minso: mixo* A *minxo* $P_2$ / frequenter *om.* $P_1$ **7** minsator: mixator ⟨minsatrix⟩ H **8** minsatus: mixatus φ **9** minsatio: mixatio φ **10** minsatilis: mixatilis / cito *om.* I / sicut: scilicet $P_2$ nam $P_1$ *om.* I / nimis *om.* I **11** minsaterium: minxatorium $M_1$ mixatorium A$P_2$ minsatorium $P_1$ / recipit: recepit *Mai* / minctum: mictum $V_1P_2$ ⟨vel minctam⟩ $P_1$ / minsatione: minxatione $M_1$ mixatione A$P_2$ **12** minsito: mixito φ **13** mincturio: micturio *Mai* / verbum ... mincturio *om.* $M_1$A / et ... unde *om.* $P_1$ **13** hic: hinc H / lecticas: lenticas A / micturiunt: mincturiunt H ⟨hii⟩ mincturiunt $P_1$ **14-15** *om.* $V_1$ **14** quoque *om.* A / mingere: *mingo* $M_1$A ⟨unde idem Iuvenalis[I 131] cuius ad effigiem non solum meire fas est⟩ H **15** et ... unde *om.* $P_1$ / vulve: vulpe φ **16-17** *mutato ordine* $P_1$ **16** is ⟨et (componitur *add.* $M_1$) remingo⟩ φ **17** *om.* φ / is ⟨et ab his verbalia⟩ H

M xxix **1** *mansi* ⟨*sum su secundum quosdam*⟩ $P_1$ **3** le ⟨et hic mansor soris⟩ H ⟨diminutivum⟩ I$P_1$

verbum frequentativum, [6] quod etiam **manso** as per sincopam dicitur, et inde verbalia, [7] et hoc **mansitorium** rii .i. locus aptus ad manendum. [8] Item a maneo pluraliter he **manes** ium et dicuntur manes eo quod apud inferos maneant, [9] et inde hec **mania** e .i. quedam furia infernalis. [10] Et componitur manes hic **Summanus** ni .i. Pluto deus inferni, unde Martianus Capella Summanus dicitur Pluto quasi summus Manium. [11] Et secundum quosdam **mane** adverbium dicitur a maneo per antifrasim eo quod ipsa diei hora non manet sed cito transit, sed melius est ut a Matuta dicatur .i. ab aurora, [12] et inde **matutinus** a um. [13] Et a mane **manico** as .i. mane surgere vel expectare, unde in evangelio Luce legimus et omnis populus manicabat ad eum in tempore audire eum; et inde verbalia. [14] **Maneo** aliquando pro expectare sicut in Terentio reperimus; [15] et componitur **remaneo** es, [16] et **commaneo** es.

[1] **Mando** as verbum activum, inde verbalia, [2] et hoc **mandatum** ti, [3] et hec **mandatela** le .i. mandatum, [4] et hic **mandra** dre .i. bubulcus a bobus commendandis, unde Iuvenalis instantis convicia mandre; [5] et hic **mannus** ni .i. equus dextrarius, unde Ovidius parvaque quam primum rapientibus esseda mannis; quod etiam pro curru dicitur, unde Horatius in epistolis impositus mannis arvum celumque Sabinum non cessat laudare. [6] Mando componitur **commendo** as, [7] unde **commendator,** [8] et **commendatorius** a um, [9] et **commendatus** a um, [10] **commendatio,** [11] unde **commendaticius** a um, [12] et hic et hec **commendabilis** et hoc commendabile. [13] Componitur quoque **remando** as, et inde verbalia. M xxx

---

**10** Mart. Cap. II 161: qui etiam Summanus dicitur quasi summus Manium **13** Luc. XXI 38: et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum **14** *cf.* Ter. *Andr.* 363; *Phorm.* 480, 489, 512, 570; *eun.* 788 M xxix

4 Iuv.III 237: et stantis convicia mandrae **5** Ov. *am* II 16, 49 Hor. *epist.* I 7, 77 M xxx

---

6 manso: maso *Mai* **8** manes: menes $P_1$ **9** furia: infuria H / infernalis ⟨dicitur etiam pro egritudine capitis quadam, et tunc inde dicitur maniacus a um, et maniosus⟩ $M_1$A **10** manes: manus $P_1$ / Summanus: Sumanus $V_1$ / deus ... Pluto *om.* I / inferni: infernalis $P_1$ / Capella *om.* $P_1$ / Summanus: Sumanus $V_1$ **11** mane: macie A / a maneo *om.* I$P_2$ / ipsa: illa φ / manet: maneat HI φ / transit: transeat H / Matuta: matura $P_2$ **13** vel expectare: vel mane venire $P_1$ *om.* $V_1$ / Luce: secundum Lucam φ *om.* $P_1$ / in tempore: in templo $P_2$ *om.* $P_1$ / eum: illum $P_1$ **14** Maneo: mane A / sicut: ut $P_1$ / reperimus: invenimus ⟨et tunc regit accusativum, dicimus maneo te .i. expecto te, cum vero pro esse in loco ponitur nullum casum regit⟩ $P_1$ **15-16** *post* Maneo *ad* 14 $P_2$ **16** *om.* $V_1$ / es ⟨et permaneo nes, et ab his verbalia⟩ H ⟨et permaneo⟩ $P_1$ M xxix

3 .i. mandatum: quod idem est $P_1$ **4** bubulcus: buculus I / commendandis: commendatis φ / instantis: instantes $M_1$ intantis I stantis $V_1$ / convicia *et s.l.* conviva $P_1$ **5** mannus: manus A / rapientibus *om.* $P_1$ / esseda: essedanis A essuda $P_1$ eseda $V_1$ / mannis *om.* A / etiam: et $P_1$ / in epistolis *om.* $P_1$ / impositus: impositum A$P_2$ / mannis (*Mai*) *om.* $V_1$ **6** as ⟨unde verbalia⟩ φ **7** *om.* φ / commendator ⟨commendatrix⟩ H **8** *post* 10 H$P_1$ **9-10** *om.* φ **10** *om.* $V_1$ **13** as ⟨demando das⟩ H M xxx

M xxxi [1] **Mas** maris, [2] inde hic **masculus** li, [3] unde **masculinus** a um, [4] et hec **marissa** e .i. vesica que solet masculorum cuti supertumescere, unde Iuvenalis scinduntur tumide medico ridente marisse. [5] Masculus componitur **commasculus** a um, unde Macrobius de Saturnalibus commascula fronte et sequestrata verecundia. [6] Item ab hoc nomine quod est mas hic **maritus** ti, [7] unde hic **maritellus** li diminutivum, [8] et hic et hec **maritalis** et hoc maritale, [9] et **marito** as, [10] unde **maritatus** a um, [11] et hec **maritatio** nis, [12] et hic **mars** tis eo quod sit marium mas et per viros precipue pugnet, [13] inde **Martius** a um .i. res pertinens ad Martem, [14] unde et **Martium** campum vocamus, [15] et hic **Mavors** tis, [16] unde **Mavortius** a um. [17] Et **mors** secundum Ysidorum dicitur a Marte, unde multa superius diximus. [18] Mars componitur **Marspiter** .i. Martis pater vel maris cuiuslibet pater.

M xxxii [1] **Metior** ris metitus sum vel mensus sum verbum deponens, [2] inde **mensus** a um, [3] quod componitur **immensus** .i. sine mensura, [4] unde hec **immensitas** tis, [5] et hec **mensura** e, [6] unde **mensuratus** a um, [7] et **mensurate**, [8] et **mensuratim** adverbia ambo in uno sensu, [9] et hic **mensis** is, [10] unde hic **mensiculus** li, [11] et **menstruus** a um quod secundum mensem evenit sicut infirmitas capiti et profluvium sanguinis mulieris, [12] quod etiam **menstruatus**, [13] et **menstruosus** dicitur, [14] et **menstruus**. [15] Et componitur mensis hic et hec **bimensis** is .i. duorum mensium, [16] quod et **bimestris** dicitur, unde Horatius in odis cras genium mero curabis porcoque bimestri. [17] Item a metior hec **mensa** e, [18] unde hec **mensula** le, [19] et hec **metreta** te pro quadam mensura, [20] et hec **meta** te .i. ali-

---

M xxxi 4 Iuv. II 13: caeduntur tumidae medico ridente mariscae 5 Macr. *Sat.* VII 11, 2 17 *cf.* Isid. *orig.* VIII 11, 50-51

M xxxii 16 Hor. *carm.* III 17, 14-15: cras genium mero | curabis et porco bimenstri

---

M xxxi 1 Mas (*Mai*): Mars $V_1$ $P_1$ *ante corr. et s.l.* hic H 4-5 et ... unde *om.* $P_1$ 4 marissa: marisca H / cuti: cutis A / supertumescere: supercrescere I tumescere φ / marisse: marisce H 5 de Saturnalibus *om.* $P_1$ / commascula: cum masculina $P_1$ / et *om.* $M_1$A 7 diminutivum *om.* φ 12 Mars tis: maris ris I / mas: mars $P_1$ / pugnet: pugnat φ 13 Martius: Maritius A 14 et *om.* $AP_2$ / vocamus ⟨apud Romanos ubi gladiatores pugnabant⟩ H *om.* $P_1$ 15 *post* 12 H / tis ⟨quasi mares vorans⟩ $P_1$ 17 dicitur a Marte *om.* I / unde ... diximus *om.* $P_1$ 18 Martis: Mars H

M xxxii 1 vel mensus sum ⟨mensum su vel metitum tu⟩ $P_1$ *om.* $M_1$ *ante corr.* 4 immensitas: mensitas A *ante corr.* 5 *om.* $M_1$A 7 mensurate ⟨adverbium⟩ $P_1$ 8 adverbia ... sensu: adverbium in eodem sensu $P_1$ pro eodem φ 10 mensiculus li: mensiculus a um $M_1$ *ante corr.* / li ⟨diminutivum⟩ I ⟨diminutivum et mensurnus a um⟩ $P_1$ 11 capiti: capitis φ mulieris $P_1$ / et: vel $P_1$ / mulieris: mulieri π 14 *om.* φ / menstruus: mensurnus I 16 et: etiam I $P_1$ etiam aliter $M_1$A aliter $P_2$ / curabis: curabo I *ante corr.* curabit $M_1$ / bimestri ⟨Componitur etiam semestris .i. rotundus a luna que quando mensem dimidiaverit apparet rotunda⟩ $M_1$A 18 *om.* $V_1$ / le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ 19 pro quadam: quedam φ / mensura ⟨unde in evangelio [Ioh. II 6] capiebant singule hidrie metretas binas vel ternas⟩ H

cuius rei terminus, [21] et **metor** ris .i. metiri, [22] et inde **metator**, [23] **metatio**, [24] et hic **metarpus** pi .i. castrorum metator. [25] Item a metior hoc **membrum** bri, [26] unde **membratus** a um magna membra habens, [27] quod et **membrosus** dicitur, [28] et hec **membrana** ne, [29] unde hec **membranula** le, [30] et **membranicius** a um .i. de membrana existens. [31] Membrum componitur **bimembris**, [32] et **emembris** .i. extra membra. [33] Item a metior hoc **metrum** tri, [34] unde **metricus** a um, [35] et **metrice** adverbium, [36] et componitur **bimetricus**, [37] **trimetricus**, [38] et **iambimetricus**. [39] Invenimus quoque **bimetrum**, [40] et **trimetrum**, [41] et **iambimetrum** sed raro. [42] Item a metior hoc **metallum** li, [43] et secundum quosdam **meto** is messui, unde Prosper quod metimus serimus quod damus accipimus; [44] et hic **messor** ris, [45] et **messorius** a um, [46] et **messuus** a um, [47] et hec **messio** nis, [48] et hec **messis** is, [49] et inde hec **messicula** le, [50] et **messivus** a um .i. maturus ad messem. [51] Meto componitur **demeto** .i. abscindere destruere, unde Dominus per prophetam demetam posteriora tua; [52] et **emeto** is in eodem sensu. [53] Metior componitur **remetior** ris, [54] unde **remensus** a um, [55] et hec **remensio** nis, [56] **demetior** ris, [57] unde **demensus** a um, [58] et hec **demensio** nis, [59] **emetior** ris, [60] unde **emensus** a um, [61] et hec **emensio** nis, [62] et hec **emina** ne .i. quedam mensura vini, unde Persius fregerit eminas Arethi edilis iniquas.

[1] **Mereo** es mestus sum .i. flere, [2] hic **meror** ris, [3] et **mestus** a um quod M xxxiii
comparatur mestior mestissimus, [4] unde **meste** mestius mestissime adverbia, [5] et hec **mestitia** e, [6] et hec **mestitudo** nis, .i. mestitia, unde Ambrosius super Egisippum immoderata mestitudine prorumpit morbi vis. [7] Mestus componitur **mestificus** a um, [8] unde **mestifice** adverbium, [9] et **mestifico** as, [10] unde **mestificatus**, [11] **mestificatio**.

---

**43** Prosp. *epigr.* 637, *P.L.* 51 col. 510: quod serimus metimus, quod damus accipimus **51** *III reg.* XXI, 21 **62** Pers.I 130: fregerit heminas Arreti aedilis iniquas

**6** Ambrosius = Heges. I 8, 1: immoderata maestitudine eo prorupit morbi vis

---

**22** metator ⟨et hec metatrix⟩ H ⟨metatus⟩ φ $P_1$ **23** metatio ⟨nis, et metatus ta tum⟩ H ⟨metatus⟩ I **24** metarpus: merapus $P_1$ **25** Item a metior *om.* φ **28** ne ⟨.i. percamenum quod de membris pecudum fit⟩ H **29** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **30** membranicius: membranicus $V_1$ **33** metior: metio A **37** *om.* $V_1$ **38** iambimetricus: ambimetricus I *ante corr.* A **39** Invenimus: Invenitur I / bimetrum: bimetricum $P_2$ *ante corr.* ⟨et dimetrum⟩ $P_1$ **41** iambimetrum: ambimetrum I *ante corr.* / raro ⟨et hoc diametrum tri⟩ H **43** messui ⟨.i. (vel $AP_2$) messem feci⟩ φ / quod: quae $V_1M_1$ quid A *om.* I / serimus *om.* I / quod: que $IP_1$ **46** messuus: messus $HP_1$ / um ⟨et messianus⟩ $P_2$ **48** is ⟨.i. seges⟩ HI **49-50** *om.* $V_1$ **49** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **50** messivus: messurus $P_1$ **51** Meto componitur demeto (*Mai*) *om.* $V_1$ / ⟨vel⟩ destruere $M_1A$ $P_1$ / Dominus per prophetam: propheta I **52** *om.* $P_1$ **53** Metior: Metor A **54** remensus: remessus $P_1$ **56** Demetior: dimetior $HP_1$ dementior A **57** demensus: dimensus $HP_1$ **58** demensio: dimensio $HP_1$ **62** iniquas ⟨hec est (est hec A) tanta differentia inter metor aris et metior (metitor A) tiris quod metor tantum de terra mensuranda, metior de qualibet alia re dicitur⟩ $M_1A$ ⟨Item a supino mensu mensuro as neutrum, unde mensurabilis, quod componitur immensurabilis⟩ $P_1$

**1** flere: dolere ⟨neutrum⟩ $P_1$ **6** .i. mestitia: quod idem est $P_1$ / prorumpit: prorupit π / morbi vis: morbus I φ **9** as ⟨.i. mestum facere⟩ H **10** unde ⟨mestificator, mestificatrix⟩ H

M xxxiv [1] **Minuo** is ui tum tu verbum activum, [2] **minutus** a um, [3] et hec **minutio** nis, [4] et **minutulus** a um .i. aliquantulum minutus, [5] et hec **minutia** e minima cuiuslibet rei portio, unde in passione Vincentii martiris s a l i s c r e p i t a n t i s p e r c o r p u s m i n u t i e s p a r s i m i b a n t. [6] Item a minuo **minutim**, [7] et **minutatim** adverbia, [8] et **minuesco** cis verbum incoativum, [9] et hoc **minutal** lis .i. minimum frustum, unde Iuvenalis h e s t e r n u m s o l i t u s s e r v a r e m i n u t a l. [10] Item a minuo hec **mina** ne pro quodam pondere, [11] et hoc **minium** nii eo quod minuatur antequam color efficiatur, [12] et componitur hic **miniographus** phi .i. ille qui minio scribit, [13] et hec **minuritio** nis .i. cantilena minutarum avium, [14] et inde **minurire** .i. minutim cantare. [15] Minuo componitur **comminuo** is, [16] unde **comminutus** a um, [17] et hec **comminutio** nis, [18] **diminuo** is, [19] unde **diminutus** a um, [20] et hec **diminutio** nis, [21] **imminuo** is, [22] unde **imminutus** a um, [23] et hec **imminutio** nis, [24] **sanguiminuo** is .i. sanguinem minuere, et inde verbalia.

M xxxv [1] **Moneo** es ui tum tu verbum activum, [2] inde hic **monitor** is, [3] unde hoc **monitorium** rii .i. locus monentium studium scilicet vel scola ubi discipulos monemus, [4] et **monitus** a um, [5] et hec **monitio** nis, [6] et hic et hec **monibilis** et hoc monibile .i. qui cito admonetur, [7] et hec **monedula** e .i. avis quedam que alio modo [7a] cava dicitur, unde Plautus d i c m e a n i t i c u l a m c o l u m b a m v e l c a t e l l u m h i r u n d i n e m v e l m o n e d u l a m. [8] Item a moneo hoc **monimen** nis, [9] et inde hoc **monimentum** ti, [10] dicimus etiam hoc **monumentum** ti .i. sepulcrum mortuorum eo quod moneat pertranseuntium mentes ad hoc debere transire. [11] Item a moneo hec **moneta** te eo quod moneat videntes ne quid insit falsum, [12] et inde hic **mone-**

---

M xxxiv 5 *Acta Vincentii martyris* p. 396 *AASS Ian. 22*: salis ignibus sparsi crepitantes minutiae per membra dissiliunt 9 Iuv. XIV 129: hesternum solitus medio servare minutal

M xxxv 7 Plaut. *asin.* 693-694: dic igitur med aneticulam, columbam vel catellum | hirundinem, monerulam (monedulam *var. l.*)

---

M xxxiv 1 ui *om.* I 4 aliquantulum *om.* $P_1$ 5 cuiuslibet: alicuius I / Vincentii martiris: sancti Vincentii ⟨legitur⟩ $P_1$ 6-9 *om.* I 6 minutim ⟨adverbium⟩ $P_1$ 7 adverbia: adverbium $P_1$ 9 minimum: minutum $P_1$ / frustum (*Mai*): fructum $V_1$ frustrum $P_1$ fustum A *ante corr.* / solitus: solitum φ / minutal: minutatal I *Mai* 10 pro quodam pondere: quoddam pondus φ ⟨et componitur hemina ne .i. vas vinarium⟩ H 11 minuatur: minatur I *ante corr.* / efficiatur (*Mai*): effiatur $V_1$ 12 miniographus (*Mai*): minographus $V_1$ / ille *om.* $M_1$A / ⟨cum⟩ minio $M_1$ *post corr.* 13 avium: avis $V_1$ *ante corr.* 14 cantare: canere $M_1$A 15-16 *post* 20 $P_2$ 15-17 *ad* 19 *post* indiminutio $M_1$A 15 Minuo componitur *ante* 18 17 *om.* $P_2$ 19 *om.* $P_2$ / um ⟨quod componitur indiminutus, indiminutio⟩ $M_1$A 20 *om.* $M_1$A 24 minuere: minuire I

M xxxv 1 ui *om.* $M_1$A / activum *om.* $P_1$ 2 is ⟨et hec monitrix cis⟩ H ⟨et monitus tus ui⟩ $P_1$ 3 studium scilicet: vel studium $P_1$ studentium I / scola: scole φ / discipulos ⟨docemus et⟩ φ 6 .i ... .admonetur *om.* I / admonetur: monetur φ 7 e ... monedulam: que monet nos ad voracitatem $P_1$ / quedam *om.* $M_1$ / alio modo: materna lingua φ / cava: chava φ causa $V_1$ / aniticulam: anaticulam $P_2$ *Mai* anticulam $IM_1$ / vel *om.* φ 8 monimen: monumen $P_1$ 9 monimentum: monumentum $P_1$ / ti ⟨.i. rememoratio⟩ H 10 dicimus ... sepulcrum *om.* $M_1$A *Mai* / dicimus ... .i. *om.* $P_1$ / monumentum: monimentum $V_1$ / mentes (*Mai*): montes $V_1$ 11 videntes: vendentes I *om.* φ

*352 / 353 M.*

**tarius** rii, [13] et hoc **monetarium** rii .i. locus monete, [14] quod etiam hoc **monesum** dicitur. [15] Moneo componitur **remoneo** es, [16] **commoneo** es, [17] **summoneo** es, [18] **permoneo** es, [19] **premoneo** es, [20] **admoneo** es, et ab istis verbalia.

[1] **Mille** nomen indeclinabile in singulari, milia vero in plurali, [2] inde **millenus** a um, [3] et **millenarius** a um, [4] et **milies** adverbium, [5] et hoc **miliarium** rii, [6] et hic **milleus** .i. calciamentum ti propter diversos eius punctos, [7] unde et **millare** pro suere dicimus, [8] et hic **millus** li .i. collare circa collum canis, [9] et **millesimus** a um. M xxxvi

[1] **Medius** a um, [2] inde hec **medietas** tis, [3] et hic et hec **mediocris** et hoc mediocre, [4] unde **mediocriter** adverbium, [5] et hec **mediocritas** tis, [6] et **mediocriculus** a um diminutivum, unde Cato pauculos homines mediocriculum exercitum obviam iri. [7] Item ab hoc nomine quod est medius **medianus** a um .i. medius, [8] et hec **medulla** le eo quod media sit, [9] unde **medullitus** adverbium, [10] et hoc **meditullium** lii .i. medietas, [11] et **medullinus** a um .i. de medulla existens, unde Iuvenalis medulline frictum crissantis adorat. [12] Item ab hoc nomine quod est medius **medioximus** a um .i. in medio positus, unde Martianus Capella quos Greci demonas, Latini medioximos vocant; [13] et **mediaratus** a um .i. in medio statutus, unde idem Martianus mediaratis per anne- M xxxvii

---

**6** Cato *orat.* fr. 12 *Sblendorio Cugusi*: ridibundum magistratum ⟨rem⟩ gerere, pauculos homines mediocriculum exercitum obviam duci. **11** Iuv. VI 322: ipsa Medullinae fluctum (frictum *var. l.*) crisantis adorat **12** Mart. Cap. II 154: hos omnes Graeci daemonas dicunt απο τοῦ δαιομένου latine medioximos vocitarunt **13** Mart. Cap. I 11

---

**13** monetarium: monetorium π **14** monesum: monensum / dicitur ⟨et a moneo dicitur hoc monile eo quod moneat castitatem⟩ $P_1$ **16** *om.* $V_1$ **18** *om.* $V_1$I M xxxv

**1** singulari ⟨numero⟩ $V_1$ ⟨et omnis generis⟩ $P_1$ / milia: millia *Mai* / plurali ⟨declinatur⟩ φ **3** um ⟨vel hic millenarius rii⟩ H **4** milies: miles $V_1$ **6** hic milleus: hoc milleum $P_1$ **6** calciamentum: calcamentum A *ante corr.* / diversos *om.* $M_1$ *ante corr.* / punctos: punctus $V_1$ **7** et *om. Mai* / millare: miliare $M_1$ / dicimus: dicitur φ **8** collare: collocare A **9** um ⟨Item a mille secundum Ysidorum [*cf. orig.* IX 3, 32] hic miles tis eo quod ut ipse ait ex mille viris unus eligebatur et miles dicebatur, unde hec militia e, et hic milito nis .i. miles; et componitur commilito nis, unde Quintilianus de causis [*ps.* Quint. *decl.* III 17, 21] ianuam commilito quicumque manet habet solatium; et milito as quod pro militiam facere et pro servire dicitur et pertinet etiam ad irrationabilia, unde Horatius in epistolis [I 2, 65-67] venaticus ex quo tempore cervinam pellem latravit in aula militat in silvis catulus; et componitur commilito as, et inde verbalia. Miles communis generis invenitur, unde quedam in Ovidio epistolarum dicit [*Pont.* XI 48] et rudis ad partus et nova miles eram⟩ H ⟨et componitur mille hoc millennium spatium mille annorum⟩ $P_1$ M xxxvi

**6** ⟨contigit⟩ pauculos $P_1$ / mediocriculum: mediocriculos $M_1$ / exercitum: exercitium $M_1AP_1$ / obviam iri: obviavi $M_1P_2$ obviam A iri ⟨et mediocricule adverbium⟩ $P_1$ **11** frictum: fructum I $P_1$ / crissantis: crisantis H **12** medioximus: medioxinus $V_1$H / demonas: demones $P_1$ / medioximos: medioxinos $V_1$H **13** mediaratus: mediatatus I medioxatus $P_1$ / in *om.* $M_1$A / statutus: ductus H / mediaratis: mediatatis I medioxatis $P_1$ / annexa: amena $P_1$ / M xxxvii

353 / 354 M.

xa succentibus duplis; [14] et **medio** as, [15] unde **mediator**, [16] **mediatrix**, [17] **mediatus**, [18] **mediatio**. [19] Et componitur **dimidio** as, [20] unde **dimidiatus** a um, [21] et hec **dimidiatio** nis. [22] Medius componitur **dimidius**, [23] et inde hec **dimidietas** tis, [24] et **mediastinus** a um .i. in medio stans, unde Horatius in epistolis tu mediastinus tacita prece rura petebas.

M xxxviii [1] **Multus** a um comparatur plus plurimus, [2] inde **multum** adverbium, [3] et hec **multitudo** nis, [4] et **multo** as .i. verberare, unde Terentius in eunuco male multabo ipsam; [5] unde **multator**, [6] **multatus**, [7] **multatio**, [8] et hec **multa** te .i. pena, unde in quarto libro regum imposuit multam terre centum talenta argenti. [9] Item ab hoc nomine quod est multus hoc **multicium** cii .i. quedam levis vestis, unde Iuvenalis quid faciant alii cum tu multicia sumas; [10] et **magis** adverbium. [11] Et componitur **macte** nomen indeclinabile .i. bonus vel valens et dicitur macte quasi magis acte, unde Prudentius in libro ymnorum macte iudex mortuorum macte rex viventium. [12] Multus componitur **multimodus** a um, [13] et **multimode** adverbium, [14] et **multiloquus** a um, [15] unde hoc **multiloquium** quii, [16] et **multifariam** .i. multis modis adverbium, unde apostolus in epistola ad Hebreos multifariam multisque modis olim Deus loquens. [17] Componitur quoque hic **multipes** .i. vermis quidam multos habens pedes, [18] et **multigradus** a um, [19] et **multifidus** a um, unde Lucanus multifidas iaculata faces; [20] et **multiplex** cis, [21] unde **multipliciter** adverbium, [22] et hec **multiplicitas** tis, [23] et **multiplico** as, unde verbalia. [24] Ab hoc vero nomine vel adverbio quod est plus dicitur hic et hec **pluris** et hoc plure, [25] et hic et hec **pluralis** et hoc plurale, [26] unde **pluraliter** adverbium, [27] et hec **pluralitas** tis. [28] Pluris componitur **perpluris**,

---

M xxxvii **24** Hor. *epist.* I 14, 14

M xxxviii **4** Ter. *eun.* 774: male mulcabo ipsam **8** *IV reg.* XXIII 33: imposuit mulctam terrae centum talentis argenti **9** Iuv. II 65-66: quid | non facient alii cum tu multicia sumas **11** Prud. *cath.* IX 106 **16** *Hebr.* I 1 **19** Lucan. II 687

---

M xxxvii succentibus: successibus I **16** *om.* $M_1$ **17** *om.* $P_2$ **22** dimidius ⟨quasi dividens medium⟩ $P_1$ **24** tu: tum $V_1IM_1P_2$ / petebas ⟨Item medius componitur mediamnis insula scilicet posita inter duos amnes⟩ $P_1$

M xxxviii **1** um ⟨quod⟩ φ / plurimus: plurimum ⟨vel ita secundum alios multus plurimus, multa plurima et caret comparatio in masculino et feminino genere, in neutro vero plus nomen vel adverbium [...] (*vix legitur*) multus plus plurimum⟩ $P_1$ **4** .i. ⟨punire vel⟩ $P_1$ / verberare ⟨vel punire⟩ H / in eunuco *om.* $P_1$ **5** multator ⟨multatrix⟩ H **9** multicium: multacium π / faciant: facient $M_1$ $P_1$ / multicia: multacia π **11** .i. *om.* $V_1$ / vel: et $P_1$ / acte: apte $P_1$ *et s.l.* aucte H / libro ymnorum: ymnis $P_1$ / rex: iudex φ / viventium ⟨Horatius [*serm.* I 2, 31-32] macte animi esto⟩ $P_1$ **16** multifariam: multipharie I *et s.l.* multifarie H / .i. ... multifariam *om.* $V_1$ / .i. : et I / multis modis: multimodis π / adverbium *om.* $P_1$ / multisque: multis $V_1$ / modis ... loquens *om.* I / olim Deus loquens ⟨patribus⟩ H *om.* $P_1$ **17** .i. vermis *om.* $P_1$ **18** multigradus: multigraphus φ **19** multifidas: multifidis $V_1I$ / faces: facies I *post corr.* fides $V_1$ **24** vero *om.* $HIM_1A$ / vel ⟨ab hoc⟩ $P_1$ / pluris: plus $V_1$ **28** Pluris: Pluralis $P_1$ / perpluris: perpluralis $P_1$

*354 / 355 M.*

[29] et **quampluris** ambo pro valde pluris. [30] Item a plus **plusculus** a um diminutivum, [31] quod componitur **complusculus** a um .i. pluris, unde Terentius in echira p r i m u m  d i e s  c o m p l u s c u l o s  c o n v e n i e b a t. [32] Ab hoc autem nomine quod est plurimus dicitur **plurimum** adverbium .i. valde, [33] et componitur **perplurimus**, [34] et **quamplurimus.**

[1] **Monos** Grece unus Latine, [2] inde hic **monas** dis .i. initium numeri quod dicitur unus, [3] et hic et hec **monalis** et hoc monale .i. unialis, [4] unde **monaliter** adverbium .i. unialiter, unde Martianus Capella p u e r  h y m e n e u s  m o n a l i t e r  p e r s o n a b a t. [5] Item a monos per compositionem hic **monarca** ce .i. princeps unius civitatis, [6] et inde hec **monarchia** e .i. eius potestas, [7] et hec **monopolis** is .i. civitas que reliquis in regione melior est et liberior, [8] et hic **monogamus** mi .i. unius uxoris vir. [9] Item a monos per compositionem hoc **monasterium** rii .i. statio unius, nam [9a] sterion dicitur statio, [10] et inde hoc **monasteriolum** li, [11] et hic et hec **monasterialis** et hoc monasteriale. [12] Componitur quoque hic **monachus** chi .i. custos unius viri, [13] unde hec **monacha** che, [14] et hic et hec **monachalis** et hoc monachale, [15] quod etiam dicitur **monachilis**, [16] et **monialis**, [17] quod componitur **sanctimonialis** .i. monaca sanctificata, [18] et **monasticus** a um, [19] et **monachicus** a um. [20] Componitur etiam hic **monocosmus** mi .i. vehiculum ab uno iumento sublatum, [21] et hoc **monocosmium** mii .i. carrus unum tantum portans. M xxxix

[1] **Moror** ris ratus sum tum tu verbum deponens, inde verbalia, [2] et hec **mora**, [3] unde hec **morula** le diminutivum, [4] et **morosus** a um .i. tardus, [5] et M xl

---

**31** Ter. *hec.* 177-178: primo dies complusculos | bene convenibat

**4** Mart. Cap. IX 905: puer monauleter sonabat

---

**29** quampluris: quampluralis $P_1$ / pluris: pluralis $P_1$ **30** plusculus: piusculus A **31** .i. pluris ⟨.i. pluris⟩ I *om.* φ / in echira: in eschtra $M_1$ in eschira $AP_2$ *om.* $P_1$ / complusculos: plusculos $P_1$ **32** .i. valde *om.* $P_1$ **34** quamplurimus ⟨ambo in uno sensu .i. valde plures⟩ H ⟨et nota quod (hoc *add.* A) comparativum plus in singulari non est nisi neutri generis in plurali vero est omnium generum⟩ φ ⟨i.valde plurimus⟩ $P_1$

**3** monalis: monialis φ **4** monaliter: monialiter φ / Capella *om.* $P_1$ / hymeneus: ymineus $M_1P_2$ ymneus A imecieius *et s.l.* imeneus $P_1$ / monaliter: monialiter / personabat *et s.l.* parabat $P_1$ **5** civitatis ⟨vel imperator qui totum orbem sub sua sola tenet potestate⟩ H **6** potestas ⟨unde scriptum est de quodam imperatore [Isid. *orig.* V 39,25] i s t e  p r i m u m  m o n a r c h i a m  t e n u i t .i. primum sub una singulariter dicione totum mundum redegerat⟩ H **7** que ⟨singulariter⟩ H **8** unius: solius $P_1$ / vir ⟨nam gamos mulier dicitur, et inde hec monogamia e, sic dicimus bigamus .i. duarum uxorum vir, et bigamia e, trigamus, et trigamia, quadrigamus, et quadrigamia, et sic usque ad infinitum⟩ H **9** a ... compositionem: per compositionem a monos *Mai* / statio *et s.l.* monachorum H **10** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **12-14** Componitur ... monachale *om.* $V_1$ **19** *om.* $IP_1$ M xxxix

**1** tum tu *om.* $IM_1P_1$ M xl

inde **morose** adverbium, [6] et hec **moracia** e .i. dura nux, [7] et hic **mos** ris .i. consuetudo, [8] unde hic **moscillus** li diminutivum, [9] et **morosus** .i. nobilis, [10] vel **morigeratus** prima sillaba producta, unde Persius cum morosa vago singultet in inguine vena; [11] et **moriger** a um, [12] unde **morigeror** aris .i. bonos mores gerere, unde Ambrosius super Egisippum videns mulier morigerari sibi virum; et inde verbalia. [13] Moror componitur **demoror** ris, [14] et **remoror** ris, unde verbalia, [15] et hec **remora** re .i. mora, unde Livius quenam vox gressui meo remoram facit? [16] Et hoc **remoramen** nis .i. mora vel ut alii volunt impedimenta gressuum, unde Ovidius metamorphoseos in tertio remoraminaque ipsa nocebant. [17] Componitur quoque **commoror** ris, [18] et **immoror** aris, et ab istis verbalia.

M xli [1] **Mater** ris, [2] inde hec **matercula** le diminutivum, [3] et **maternus** a um, [4] unde hec **maternitas** tis, [5] et hec **matrona** ne, [6] unde hoc **matrimonium** nii, [7] et hic et hec **matronalis** is, [8] et **matrisso** as .i. matri assimilari, unde quidam si bene matrissas luxuriosus eris. [9] Item ab hoc nomine quod est mater hec **matertera** e .i. matris mee soror, [10] que etiam **matruelis** dicitur, [11] et hic **matrimes** mis .i. puer qui vivit superstes defuncta matre, [12] sicut **patrimes** dicitur qui supersit mortuo patre; [13] et hec **matrix** cis .i. locus vel pellicula in qua infans involvitur in ventre, [14] unde hec **matricula** le diminutivum quod etiam pro cartula dicitur, unde in vita beati Silvestri legimus quod habebat nomina viduarum et orphanorum in matricula sua scripta. [15] Item ab hoc nomine quod est mater hec **materia** e et dicitur materia quasi mater rei, [16] et hec **materiola** e diminutivum, [17] et hec **materies** ei, [18] et **materiatus** a um. [19] Mater componitur

---

M xl **10** Pers. VI 72: cum morosa vago singultiet inguine vena **12** Ambrosius = Heges. I 36, 1: videns mulier morigerari sibi maritum **15** Livius ] Lucil. 965 *M.*: quoia nam (quenam *codd. Nonii*) vox ex te resonans meo gradu remoram facit **16** Ov. *met.* III 567

M xli **8** *non repperi* **14** *cf. vita Silvestri* II p. 509 *Mombritius*

---

M xl **6-9** .i. ... morosus *in marg.* I **7** consuetudo ⟨inveterata sive bona sive mala⟩ $P_1$ **8** moscillus: mocillus $P_1$ **9** morosus ⟨a um quod pertinet ad habentem malos mores⟩ $P_1$ / .i. nobilis *om.* $P_1$ **10** morigeratus ⟨a um bonos habens mores⟩ $P_1$ / prima sillaba producta *om.* $P_1$ / Persius ... vena *ad* 9 *post* mores $P_1$ / singultet: singultiet φ sinistret I / in *om.* φ **12** videns: videt $P_1$ / morigerari sibi: sibi morigerari $P_1$ **13-14** *om.* $P_2$ **13** Moror: Morior A / demoror: demorior A **15** *om.* $M_1$A / remoram *in marg.* $P_2$ / facit: fecit $P_2$ **16** remoramen: rememoramen $P_1$ / remoraminaque: rememoraminaque $P_1$ / nocebant: nocebunt A **17** commoror: commorior $V_1$ **18** *om.* $V_1$ / immoror: immeror A / verbalia ⟨mos me morosum mora me facit⟩ $P_1$

M xli **1** Mater hec *s.l.* H **2** matercula: matricula $P_1$ **4** tis ⟨et hoc matrimonium⟩ A **5-6** *mutato ordine* φ **6** matrimonium: matromonium A / nii ⟨.i. coniugium⟩ H **7** et ⟨hec matrona, unde⟩ A **9** mee *om.* I **10** etiam *om.* $P_2$ **11** matrimes: matermes $V_1$ / puer *om.* φ / defuncta: mortua I **12** supersit: superstat $P_1$ est superstes φ **13** pellicula ⟨illa⟩ $P_2$ / in *om.* $M_1$A / ventre: utero $P_1$ **14** cartula: chartula *Mai* carta $P_1$ / beati: sancti π **17** *post* 15 $P_1$ / et: vel $P_1$ / ei ⟨.i. materia⟩ H

*356 / 357 M.*

**commater** ris, [20] et hic **matricida** e, [21] unde **matricidalis**, [22] et hoc **matricidium** dii.

[1] **Merum** ri .i. vinum, [2] inde **merus** a um .i. clarus, [3] et hic et hec et hoc **merax** cis .i. purus et clarus quod comparatur meracior meracissimus, unde in cantico illo legimus ut biberet sanguinem uve meracissimum; [4] et inde **meraciter** meracius meracissime adverbia, [5] et hec **meracitas** tis .i. puritas claritas, [6] et hec **meraca** ce .i. quedam potio ad vitiatum cerebrum purgandum, unde Persius Anticiras melior sorbere meracas. [7] Item a mero hec **meroteca** ce .i. meri custodia, [8] et hoc **meraculum** li.i quelibet potio de vino facta, [9] et hic **merulus** li eo quod mere cantet, [10] et hoc **merdum** di eo quod minime sit merum, unde Horatius merdis caput inquiner albis. [11] Hinc etiam ut quibusdam placet hec **muria** e .i. fex vini vel olei et dicitur muria quasi meria eo quod minime sit mera, unde Persius tingit olus siccum muria vafer. M xlii

[1] **Mel** mellis, [2] inde hoc **melculum** li .i. parvum mel, [3] et **melleus** a um, [4] et **mellitus** a um, [5] et hic **melantes** is .i. lapis melleum habens saporem, [6] et **melos** indeclinabile .i. dulcis cantus, [7] unde hec **melodia** e, [8] et hoc **melodioma** is omnia in uno sensu, [9] et **melus** a um .i. dulciter sonans, [10] et inde **melicus** a um similiter pro dulciter sonans, unde Martianus Capella modulata suavitas melico quodam crepitabat appulsu; [11] et hoc **mellarium** rii .i. vas in quo uve calcantur, unde Macrobius de Saturnalibus vas in quo vinum inditum est mellarium nominetur. [12] Mel componitur **ydromel**.i. aqua mellita, nam [12a] ydor dicitur aqua, [13] et M xliii

---

3 *deut.* XXXII 14: et sanguinem uvae biberet meracissimum 6 Pers. IV 16 10 Hor. *serm.* I 8, 37 11 Pers. VI 20: tinguat holus siccum muria vafer M xlii

10 Mart. Cap. I 11: modulatio melico quodam crepitabat appulsu 11 Macr. *Sat.* I 12, 25 M xliii

---

20 hic ⟨et hec⟩ $P_1$ / e ⟨.i. qui matrem occidit⟩ H 21 matricidalis: matricidialis $P_1$

1 Merum *et s.l.* H 3 quod: et I / cantico illo: psalterio $P_1$ / ut *om.* $M_1$ / biberet: biberent H / sanguinem (sanguine $M_1$) uve ante biberet φ *om.* $P_1$ / ⟨vinum⟩ meracissimum $P_1$ 5 puritas ⟨vel⟩ $P_1$ / claritas *om.* I 6 vitiatum *om.* $P_1$ / Persius: Iuvenalis $P_1$ / Anticiras: antichiras $P_1$ *post corr.* anticitras $V_1$ Anticyras *Mai* / meracas: merecas $P_2$ *post corr.* 7 a ⟨merus mere adverbium .i. pure et a⟩ H / meri: mera A 8 meraculum: meranculum I *ante corr.* / vino: mero $P_1$ 9 cantet: cantent A *ante corr.* ⟨quod etiam merula le dicitur⟩ H 10 di ⟨per antifrasim⟩ H 11 ut quibusdam placet: secundum quosdam dicitur φ / dicitur *om.* $V_1$ φ / meria: mera φ / minime (*Mai*): minima H minimo $V_1$ non I / tingit: tangit $P_1$ / vafer: faver I M xlii

2 melculum: melliculum $V_1$A / li ⟨diminutivum⟩ $M_1$ / .i. parvum mel: diminutivum $P_1$ 6 cantus: cantatus A *ante corr.* 7 unde ⟨melodus da dum⟩ H 8 omnia ... sensu: omnes ... sensu π pro eodem φ 9 melus: mellus $V_1$A 10 melicus: mellicus $V_1$ / similiter ... sonans: .i. dulciter sonans H pro eodem φ in eodem sensu $P_1$ / Capella *om.* $P_1$ / suavitas ⟨et⟩ $M_1$ / melico: mellico $V_1$ medico $P_2$ 11 est mellarium: est mellatorium $M_1$A / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / nominetur: vocetur $P_1$ 12 componitur ⟨mellifluus et⟩ $P_1$ / hydromel: idromel $P_1$ hydromelum $V_1$ M xliii

*357 / 358 M.*

**oximel** .i. acetum et mel commixtum duas partes habens aque tertiam vero mellis. [14] Componitur quoque **mellicratum** .i. ex vino et melle una commixtio, [15] et **momellum** .i. musti et mellis commixtio, [16] et **mellifico** as, [17] unde **mellificatus,** [18] **mellificatio,** [19] et hoc **mellificamen** nis.

M xliv [1] **Maculo** as, [2] unde **maculatus,** [3] **maculatio,** [4] et hec **macula** le, [5] unde **maculosus** a um, [6] et **maculose** adverbium. [7] Maculatus componitur **immaculatus.** [8] Maculo componitur **commaculo** as, unde verbalia.

M xlv [1] **Mulgeo** es mulsi tum tu, [2] inde **multus** a um, [3] et hoc **multrale** is, [4] et hoc **multrum** tri pro vasis in quibus mulgemus. [5] Dicimus etiam hec **multra** tre, unde Virgilius bis venit ad multram, binos alit ubere fetus; [6] et hoc **mulcrum** cri .i. lac bovinum. [7] Mulgeo componitur **emulgeo** es.

M xlvi [1] **Mungo** gis si tum tu, [2] inde **munctus** a um, [3] et **mucculentus** a um .i. munctus, unde Prudentius in libro ymnorum mucculentis naribus mentum salutas invidum. [4] Mungo componitur **emungo** is, [5] unde **emunctus,** [6] et hec **emunctio** is, [7] et hoc **emunctorium** rii .i. illud cum quo emungimus candelam.

---

M xlv 5 Verg. *buc.* III 30

M xlvi 3 Prud. *perist.* II 282-283: mucculentis naribus | mentum salivis uvidum

---

M xliii **13** oximel: oxymelum *Mai* / aque: aceti $P_2$ / tertiam: tertia I tertium $V_1$ **14** quoque: vero ⟨mel⟩ $P_1$ / mellicratum: melicratum H / una *om.* $M_1$A **15** *om.* $V_1$ / momellum: momelum H I momel A$P_2$ vino mel $M_1$ **16** mellifico: mellico $P_1$ **17-19** mellificatus ... nis: verbalia φ **17** unde ⟨hic mellificator, mellificatrix⟩ H / mellificatus: mellicatus $P_1$ **18** mellificatio: mellicatio $P_1$ **19** mellificamen: mellicamen $P_1$

M xliv **1** as ⟨verbum activum, inde hic maculator ris, et hec maculatrix cis⟩ H ⟨verbum activum⟩ $P_1$ **2-4** maculatus ... le: verbalia φ **4** hec *om. Mai* **5-6** *post* 7 φ **7** immaculatus ⟨immaculatio⟩ I **8** unde verbalia: unde commaculatus φ *om.* $P_1$

M xlv **1** mulsi: mulxi $P_2$ / tum: sum $P_1$ / tu: su ⟨verbum activum⟩ $P_1$ **2** multus: mulctus HI$P_1$ **3** multrale: mulcrale $P_1$ multile $M_1$A **4** *om.* $P_1$ / multrum: mulctrum H **5-6** *mutato ordine* $P_1$ **5** multra: mulctra HI / tre ⟨omnia pro vasis in quibus mulgetur⟩ $P_1$ / binos ... fetus: et cetera $P_1$

M xlvi **1** si: muncsi *et s.l.* munxi H munxi $M_1P_1$ / tu ⟨verbum activum⟩ $P_1$ **3** et ⟨munctus ui, et muccus ci⟩ $M_1$A / mucculentus (*Mai*): muculentus $V_1P_1$ / munctus: mucco plenus $M_1$A ⟨vel muncto sordidus⟩ $P_1$ / in libro ymnorum: in ymnis φ / mucculentis: muculentis $P_1$ / mentum *om.* φ / salutas: salivas *Mai* / invidum: uvidum *Mai* **5** *om.* A **7** .i. illud cum *om.* $M_1$A / candelam: candelas $P_1$

*358 M.*

[1] **Miles** tis, [2] inde hec **militia** e, [3] et hic **milito** nis .i. miles, [4] et componitur **commilito** nis, unde Quintilianus de causis iam iam commilito quicumque manet habens solatium; [5] et **milito** as, [6] quod componitur **commilito** as, et inde verbalia. M xlvii

[1] **Mergo** is si sum su verbum activum, [2] inde **mersus** a um, [3] et **mersio** nis, [4] et **merso** as, [5] et **mersito** as ambo pro frequenter mergere, et ab istis verbalia, [6] et hic **mergus** gi .i. quedam avis maritima, [7] et hic **mergus** oris .i. situla cum qua aqua de puteo trahitur, [8] et hic **merges** tis .i. garba segetis, [9] unde et hec **merga** ge .i. furca cum qua garba portatur. [10] Mergo componitur **emergo** is, [11] et **demergo** is, [12] et **immergo** gis, et ab istis verbalia. M xlviii

[1] **Mina** ne, [2] inde hic et hec et hoc **minax** cis quod comparatur minacior minacissimus, [3] unde **minaciter** minacius minacissime adverbia, [4] et hec **minacitas** tis, [5] et **minabundus** a um, [6] et **mino** as, [7] et **minor** aris, unde verbalia, [8] et **minito** as verbum frequentativum. [9] Minor componitur **comminor** ris. M xlix

[1] **Meditor** aris verbum deponens, [2] inde **meditatus**, [3] **meditatio**, [4] unde **meditatiuncula** le, [5] et hic **meditatus** ui, [6] et hoc **meditamen** nis, [7] et **me-** M l

---

4 Ps. Quint. *decl.* III 17: iamiam commilito quicumque casus manet, etiam si te imperator damnaturus est, habes solacium

---

M xlvii *om.* H

**1** tis ⟨comunis generis⟩ $P_1$ **2** inde ⟨hic et hec militaris (et hoc $AP_2$) militare et⟩ φ **4** et: quod φ / unde ⟨commilitium tii⟩ $P_1$ / iam iam: ianuam $\pi P_2$ / habens: habes $P_2$ dicens I **5** as ⟨neutrum⟩ $P_1$ **6** quod: et milito $P_1$ / et inde verbalia *om.* $P_1$

**1** verbum *om.* φ$P_1$ **2** mersus: immensus A **3** mersio: mensio A **4** merso: menso A **5** mersito: mensito A / ambo ... mergere (*Mai*): ambo ... mingere $V_1$ frequentativa ambo $P_1$ ambo frequentativa $M_1A$ **6** ⟨garba⟩ quedam $V_1$ *ante corr.* / avis ⟨que est⟩ I / maritima: marina φ aquatica H **7** situla: sutula $V_1$ *ante corr.* / qua *om.* A / aqua *om.* I **9** Secundum magistrum Serlonem hic merges tis idem est quod mergus sed merges getis est garba, unde in libris suis de differentiis sic ait [?] est merges si mergetis est genitivus, sed si dicatur mergetis garba vocatur *in marg.*] H **10** is ⟨dimergo, submergo, remergo⟩ $P_1$ **11** is ⟨et dimergo gis⟩ H **12** *om.* $V_1$ / gis ⟨et summergo gis⟩ H M xlviii

**2** et hoc *om.* $V_1$ / minacior: minacius *Mai* **3** minaciter minacius minacissime $M_1A$ **4** tis ⟨et pluraliter hec mine arum⟩ $P_1$ **6-7** *mutato ordine* $P_1$ **6** as ⟨quod pertinet ad bruta sicut dicimus aliquem minare gregem, minare plaustrum et cetera huiusmodi⟩ H ⟨in alia significatione, unde [*thren.* III 2] me minavit et adduxit in tenebras⟩ $P_1$ **7** et: vel $V_1$I **8-9** *mutato ordine* φ **8** et ⟨a supino minatu⟩ $P_1$ / as ⟨et minitor aris⟩ φ **9** *in marg.* $P_2$ / ris ⟨unde apostolus [*Petr.* I 2, 23] cum pateretur non comminabatur⟩ H ⟨et interminor⟩ $P_1$ M xlix

**2** inde ⟨meditator ris, meditatrix cis⟩ H **4** le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **6** nis ⟨et meditatim⟩ I M l
**7-9** *om.* I

**ditaturio** is verbum desiderativum. [8] Meditor componitur **commeditor**, [9] et **premeditor** ris, et ab istis verbalia.

M li [1] **Mico** as cui verbum neutrum, [2] inde hoc **micamen** nis, [3] et **micatim** adverbium .i. micanter splendenter, [4] et componitur **dimico** as .i. pugnare, [5] et **emico** as .i. splendere, [6] unde hoc **emicadium** dii .i. olearium vas.

M lii [1] **Mare** ris, [2] inde **marinus** a um, [3] et **maritimus** a um, [4] et componitur **bimare** is.

M liii [1] **Mano** as .i. decurrere, et inde verbalia, [2] et hec **mastigia** e .i. monstrum quodlibet et dicitur mastigia quasi ex Stige manans, unde Plautus crucior lapidem non habere me ut illi mastigie cerebrum executiam. [3] Mano componitur **emano** as, [4] et **demano** as, et ab istis verbalia.

M liv [1] **Martir** Grece testis Latine, [2] inde hec **martira** re, [3] et hoc **martirium** rii, [4] et **martirizo** as, inde verbalia.

M lv [1] **Machinor** aris, [2] inde **machinator**, [3] **machinatus**, [4] **machinatio**, [5] et hoc **machinamen** nis, [6] **machinamentum** ti, [7] et hec **machina** ne, [8] unde hec **machinula** le. [9] Machinor componitur **commachinor** ris, et inde verbalia.

---

M liii 2 Plaut. *capt.* 600 - 601

---

7 desiderativum: frequentativum I *Mai* ⟨et meditabile⟩ $P_1$ 8 commeditor (*Mai*:) ⟨et⟩ commeditor $V_1$

M li 1-3 Mico ... adverbium *om.* I 1 neutrum ⟨et caret supinis⟩ $P_1$ 3 micanter *om.* $P_1$ / splendenter ⟨et micantius adverbium⟩ $P_1$ 4 dimico: demico $V_1$ / pugnare ⟨dicitur etiam mico pro salire⟩ $M_1$A 6 emicadium: emicarium $P_1$ / olearium: clarum $V_1$ / vas ⟨et promico as⟩ $P_1$

M lii 3 um ⟨et mareoticus a um⟩ $P_1$ 4 is ⟨et dicitur mare quasi mater aquarum redeuntium⟩ $P_1$

M liii - M liv *post* M lv φ

M liii 2 .i ... . mastigia *om* φ. / .i. quodlibet monstrum *in marg.* I / ex: a φ / crucior: ecrucior $P_2$ / lapidem: lapides $P_1$ 3-4 *mutato ordine* $M_1P_1$ 4 as ⟨et permano as, unde Claudianus de raptu Proserpine [III 238] livor permanat in herbas⟩ H

M liv 2 re ⟨et secundum quosdam martir comunis generis, et componitur protomartir⟩ $P_1$

2 machinator ⟨ris, et machinatrix cis⟩ H 3 machinatus ⟨ta tum⟩ H 9 ⟨inde⟩ machinor *Mai* / ris ⟨et premachinor naris⟩ H

*359 / 360 M.*

[1] **Metuo** is, [2] inde hic **metus** ui, [3] et **meticulus** a um, [4] unde **meticulosus** a um, [5] et **meticulose** adverbium. M lvi

[1] **Marceo** es cui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **marcidus** a um, [3] unde **marcidulus** a um diminutivum, [4] et hic **marcor** ris, [5] et **marciditas** ambo in uno sensu, [6] et **marcesco** is, [7] quod componitur **emarcesco** is. [8] Similiter etiam marceo componitur **emarceo**. M lvii

[1] **Maturus** comparatur maturior maturissimus, [2] unde **mature** maturius maturissime adverbia, [3] et hec **maturitas** tis, [4] et **maturo** as, unde verbalia. [5] Invenitur etiam **maturire** pro maturare, unde Quintilianus de causis contra libidinem, inquit, maturisse non prodest; quod etiam potest dici pro maturum esse. [6] Maturus componitur **quammaturus**, [7] et **immaturus**. M lviii

[1] Exin tractatum fuit initiata secundum auribus et vatum cepit contexere ceptum.

[1] Mendaciolum, parvum mendacium.
[2] Mendaculus, aliquantulum mendax.
[3] Menda, macula maxime illa que solet esse in libris nondum emendatis, unde et emendare dicitur, et aliter litura.

---

5 Ps. Quint. *decl.* III 10: contra libidinem maturuisse non prodest

---

1 is ⟨neutrum⟩ $P_1$  4 um ⟨.i. timidus⟩ $HP_1$  5 adverbium ⟨et notandum quod in litteratura activum passionem significare et e converso cum enim dico metuo metum habere dicor, cum dico metuor metum infero patienti⟩ $P_1$ M lvi

3 marcidulus: marcedulus *Mai*  6 is ⟨et inde hic et hec marcescibilis et hoc marcescibile, unde marcescibiliter adverbium, et componitur immarcescibilis, et immarcescibiliter⟩ H ⟨incoativum⟩ $P_1$  7 is ⟨unde marcessibilis, quod componitur immarcessibilis⟩ $P_1$  8 similiter etiam: et $P_1$ *om.* φ M lvii

2 mature *om. Mai* / adverbia *om.* I  4 verbalia ⟨et maturesco scis, unde verbalia⟩ H  5 de causis *om.* $P_1$ / maturisse: maturire φ / quod: quid A  6 quammaturus: commaturus φ ⟨et prematurus⟩ H  7 immaturus ⟨Maturitas componitur immaturitas, unde psalmista [*psalm.* CXVIII 47] preveni immaturitate et clamavi⟩ H ⟨et prematurus⟩ $P_1$ M lviii

Explicit tractatus primus de littera duodecima H

Incipit prologus in secundum H
1 Exin: Exhinc $M_1A$
Explicit prologus H

Incipit tractatus secundus de -M- littera H

Repetitiones -M- *Mai*

1-319 (*praeter* 3, 4, 16, 29) *om.* $M_1A$

3 et *om.* $P_1$ / dicitur: dicimus $P_1$ / litura: littura $P_1$ literatura I

4 Mendosus, maculosus, sordidus, spurcus, feculentus, sordilentus, stercorosus, mendus.
5 Mendose, fetide. Persius mendose colligis, inquit.
6 Meddix, magistratus, didascalatus. Cecilius ubi summus capitur meddix occiditur alter.
7 Mendus, sordidus. Ovidius tunc animo signa quodcumque in corpore mendum est.
8 Montuosus, montibus habundans.
9 Momentillum, parvum momentum.
10 Momarsiculus, qui cito movetur ad iram. Plautus quid ais momarsicule homo.
11 Motare, frequenter movere.
12 Momen, momentum. Ennius vestro sine momine venti.
13 Momentaneus, transitorius, transitivus.
14 Magnanimus, audax, presumptuosus. Statius Achilleidos magnanimum Eacidem formidatamque tonanti.
15 Magnamentum, divinamentum.
16 Magnas, qui maior est in populo, qui et primas.
17 Magnificentissimus, largus, munificus, dapsilis, magnificus. Iosephus donavit ei magnificentissima munera.
18 Magnificare, exaltare, sublimare, extollere.
19 Maiorare, magnum facere.
20 Maiusculus, aliquantulum magnus. Terentius Thais maiuscula est quam ego.
21 Manutus, magnas manus habens.
22 Manuale, liber ad gerendum aptus, qui et [22a] enchiridion dicitur.
23 Mango, mercator. Horatius nemo hic mangonum faceret tibi.
24 Manubrium quia manu tenetur.
25 Manubie, excubie, vigiles, manipulares.
26 Manulea, manica, mantica.

---

5 Pers. V 85 6 Caecil.]Enn. *ann.* 298: summus ibi capitur meddix, occiditur alter 7 Ov. *rem.* 417-418 10 Plaut. fr. 9 *Leo* 12 Enn. *ann.* 595 14 Stat. *Ach.* I 1 17 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XII p. 341 *F.*: donavitque ei munificentissima munera 20 Ter. *eun.* 527: Thai' quam ego sum maiusculast 23 Hor. *epist.* II 2, 13 nemo hoc ... tibi

---

4 feculentus ⟨fetidus, fetulentus⟩ H ⟨fetidus⟩ $P_1$ / sordilentus: sordidatus $P_1$ sordidus *Mai* / stercorosus: stercosus $P_1$ / mendus: medus $P_1$ 5 Persius ... inquit *om. Mai* / colligis: colligit $P_1$ / inquit ⟨stoicus hic⟩ $P_1$ 6 Meddix: Meddis $V_1$ Mendix $P_1$ Mendis I 7 Ovidius ... est *om. Mai* / mendum: menda $P_1$ 10 Plautus ... homo *om. Mai* / ⟨o⟩ momarsicule $HP_1$ 12 *om.* $P_1$ / vestro: nostro H 14 Statius ... tonanti *om. Mai* / Achilleidos *om.* $P_1$ / Eacidem ⟨dicimus quoque magnanimis⟩ I / formidatamque tonanti: et cetera $P_1$ formi. dicimus magnanimus⟩ $V_1$ ⟨progeniem; dicimus etiam magnanimis⟩ H ⟨dicimus etiam magnanimis⟩ $P_2$ *om.* I 15 divinamentum ⟨dicitur⟩ $HP_1$ 17 magnificus: magnificens *Mai* / Iosephus ... munera *om. Mai* / magnificentissima: munificentissima $P_1$ 18 exaltare ⟨supernare⟩ H / sublimare: sullimare H 19 magnum: maiorem $P_1$ 20 Terentius ... ego *om. Mai* / est *om.* H 22-23 *mutato ordine* $P_1$ 22 gerendum ⟨in manibus⟩ H / enchiridion: encheridion $P_1$ enchridion I 23 Horatius ... tibi *om. Mai* / hic: hoc $P_2$ / faceret tibi: tibi faceret I

*360 / 361 M.*

27 Manuleatus, manicatus, manticatus. Plautus manuleatam habere tunicam homines addecet.
28 Mancipari, servire, famulari.
29 Manceps, mancipium, servus, cliens, verna, vernula, vernaculus, famulus, minister.
30 Manipulus, quantum manus capit de segete vel societas hominum. Terentius ubi est manipulus furum.
31 Mancipatus, mancipatio, servitus, clientela, obsequium, servitium, famulitium, obsequela.
32 Manifestarius, manifesta faciens. Plautus obtrunco gallum manifestarium.
33 Mappa, mappula, manutergium, gausape, togilla, facitergium, manupium, manumundium, expiarium.
34 Mirones, miratores.
35 Mirificentia, mirum.
36 Miridicus, mira dicens.
37 Miropolium, domus unguentaria. Plautus per miropolia et lanienas defessus sum querendo.
38 Mirtetum, locus ubi mirtus crescit.
39 Modicus, temperatus, parvus, mediocris.
40 Modificentia, temperantia, moderantia.
41 Murices, vestes purpuree. Prudentius rex ipse Coos estuantem murices.
42 Mandere, comedere.
43 Mandones, avidi voratores, glutones, helluones, ambrones, eduli, manduci, ardeliones, catiliones, lurcones, consumptores, epulones, pransores, mansucii, estores vel escaces, comedones.
44 Mansus, comestus, pransus, cibatus, epulatus.
45 Mala, maxilla.
46 Malobathrum, quoddam unguentum. Horatius coronatus malobatro capillos.
47 Mandibula, maxilla.

---

**27** Plaut. *pseud.* 738: manuleatam tunicam habere hominem addecet **30** Ter. *eun.* 776: ubi centuriost Sanga et manipulus furum? **32** Plaut. *aul.* 469: optrunco gallum furem manufestarium **37** *cf.* Plaut. *Epid.* 197-199 **41** Prud. *cath.* VII 156 **46** Hor. *carm.* II 7, 7-8: coronatus nitentis | malobathro syrio capillos

---

**27** Plautus ... addecet *om. Mai* / homines: hominem $P_2$ **29** vernula, vernaculus: vernacula $P_1$ **30** Terentius ... furum *om. Mai* / ubi: unde $P_2$ **31** mancipatio: mancipio $P_1$ / servitium *om.* $P_1$ / famulitium: famelitium H *om.* $P_1$ / obsequela *om.* $P_1$ **32** faciens ⟨notorius⟩ H / Plautus ... manifestarium *om. Mai* **33** manumundium: manumundum H / expiarium *om.* H **34** *post* 26 $P_2$ **36** Miridicus: Mirificus $P_1$ **37** unguentaria *om.* $P_1$ / Plautus ... querendo *om. Mai* / miropolia: mirapolia $P_1$ **38** *post* 32 $P_2$ **39** mediocris *om.* H **40** Modificentia, temperantia, moderantia: Moderantia, modificentia, temperantia $P_2$ **41** ipse: ipsum $V_1$ / Coos (*Mai*): cohos $V_1$H choos $P_2$ cohors I chaos $P_1$ **43** helluones: belluones $P_1$ *om.* H / ambrones ⟨bellui⟩ $P_1$ / catiliones *om.* H$P_2$ / estores: mestores $P_2$ **45-46** *mutato ordine* $P_2$ **45** maxilla ⟨mandibula⟩ $P_2$ **46** Horatius ... capillos *om. Mai* **47** *om.* $P_2$

48 Mercimonium, quod in aliam venditur patriam.
49 Mercedula, parva merces, munusculum, premiolum, donulum vel donellum.
50 Meritorium, domuncula ubi res venduntur vel efficiuntur. Iuvenalis que meritoria somnum.
51 Merceditius, propter mercedem loquens.
52 Mercedarius, qui mercedem dat.
53 Mercedonius, qui mercedem donat.
54 Merere, pro mereri dicebant. Lucanus cena viro nomen castrorum in plebe merebat.
55 Mercari, emere.
56 Mercatorium, locus mercantium quod [56a] empurium dicitur.
57 Meretricius, meretricialis.
58 Meretricium, domus meretricum, quod et lupanar, tugurium, casella, stuprium et proseuca dicitur.
59 Malus, pomum, ipsa arbor que fert poma.
60 Malum, pomum.
61 Malogranatum, pomum multa continens grana.
62 Malivolentia, malitia vel mala voluntas.
63 Muscus, viriditas vel viridis color. Prudentius in ymnis musci renident et virescit aurum.
64 Mordaculus, aliquantulum mordax.
65 Morsicare vel morsitare, frequenter mordere.
66 Morsatilis, ad mordendum habilis, quod et morsilis dicitur.
67 Mordicus, mordaciter. Horatius pullam divellere mordicus agnam.
68 Morticinum, morte cesum.
69 Morticinium, morte cadens.
70 Moribundus, mortuo similis vel mori incipiens.
71 Murtetum, aqua calida de terra, que et terina dicitur.
72 Mundum, mundationis pretium. In libro Ester accipiant mundum muliebre.

---

**50** Iuv. III 234 **54** Lucan. VI 144: Scaeva viro nomen castrorum in plebe merebat **63** Prud. *perist.* XII 40: musci relucent et virescit aurum **67** Hor. *serm.* I 8, 27 **72** *Esth.* II 3

---

**48** patriam: regionem I **49** vel *om.* I / donellum *om.* I **50** Meritorium: Meritoritorium $P_2$ / Iuvenalis ... somnum *om. Mai* / que: namque H / somnum: sompnum ⟨admittunt⟩ H sonum ⟨admittit⟩ $P_1$ **51** loquens: dicens *et s.l.* loquens H dicitur $P_2$ **52** dat: donat $P_1$ **53** *om.* $P_1$ **54** dicebant ⟨antiqui⟩ H / pro: quasi I / Lucanus ... merebat *om. Mai* / cena: scena $HP_2$ / nomen: non $P_1$ **55-56** *post* 51 $P_2$ **56** empurium: empureum I emporium *Mai* **57** Meretricius: Meretricus I / meretricialis: meretricalis $HIP_2$ **58** stuprium *om.* H **59** pomum: pomerium HI pomarium $P_1$ / ⟨vel⟩ ipsa I / ipsa ... poma *om.* H / que fert poma *om.* I **62** *om.* $P_1$ **63** in ymnis *om.* I / renident: renitens $P_1$ / aurum ⟨Muccus, vitium panis .i. putredo, unde panis muccidus⟩ $P_2$ **66** mordendum: mordandum $P_2$ **67** Mordicus ⟨mordenter⟩ H / mordaciter ⟨morsiliter⟩ H **68** Morticinum: Morticinium $IP_2$ **69** Morticinium: Morticinum $P_2$ Mortecinum I **71** Murtetum: Mortetum I / aqua calida *om.* $P_1$ / de ... et *om.* $P_1$ **72** In ... muliebre *om. Mai* / accipiant: accipiunt $P_1$ / muliebre: muliebrem $V_1$

*362 M.*

73 Molucrum, illud quo mola vertitur vel ventris tumor.
74 Moliri, machinari.
75 Molitor, machinator. Ovidius primeque ratis molitor Iason.
76 Molossus, canis magnus.
77 Molossicus, rapax. Plautus quando res redierit molosici sumus.
78 Mulius, custos mulorum, quod et mulio dicitur. Iuvenalis iamdudum mulio virga innuit.
79 Mollitare, frequenter mollescere.
80 Molestra, pellis ovina.
81 Molliculus, aliquantulum mollis. Plautus volo escas molliculas.
82 Murena, piscis, qui et fluta et licus dicitur.
83 Murenula, lunula, parvum monile. In canticis murenulas aureas faciemus tibi.
84 Mutuare, alternare, scambiare.
85 Mutuus, alternus.
86 Mutuatim, mutuo, alternatim.
87 Meander, proprium nomen fluvii vel flexuositas vel quelibet deceptio. Prudentius o tortuose serpens qui mille per meandros.
88 Mechia, adulterium.
89 Mechus, adulter. Iuvenalis cum leno accipiat mechi bona.
90 Missaticus, qui frequenter missam canit.
91 Missorium, conca modica.
92 Missitare, frequenter mittere. Macrobius placentas mutuo missitant.
93 Mephites, locus fetorem emittens. Persius lento exalante mephites.
94 Musculus, parvus mus vel quedam pars brachii.
95 Muscerda, stercus murium.

---

**75** Ov. *met.* VIII 302 **77** Plaut. *capt.* 86: sumus, quando res redierunt Molossici **78** Iuv. III 317-318: iamdudum virga | adnuit ... **81** Plaut. *cas.* 491-492: volo | molliculas escas **83** *cant.* I 10 **87** Prud. *cath.* VI 141-142 **89** Iuv. I 55 **92** Macr. *Sat.* I 7, 25: placentasque mutuo missitant **93** Pers. III 99: lente exalante mephites

---

**73-74** *mutato ordine* $P_2$ **73** illud *om.* $P_1$ / ⟨in⟩ quo $P_1$ **75** Ovidius ... Iason *om. Mai* **76** magnus ⟨leporarius vel canis parvus, qui dicitur brachet⟩ H **77** Plautus ... redierit *om. Mai* 78 et: etiam H / innuit: munivit $P_1$ *om.* I **79** Mollitare frequenter mollescere: Mollescere frequenter mollitare $P_1$ **81** Plautus ... molliculas *om. Mai* **82** licus: licinus $HP_2$ luc'ia $P_1$ **83** parvum: parvulum $V_1$ / In ... tibi ⟨vermiculatas argento⟩ H *om. Mai* **84** scambiare: cambiare $P_1$ cambire $IP_2$ **87** Meander: Meandri $P_1$ / flexuositas ⟨fluvii⟩ $P_2$ $P_1$ / Prudentius ... meandros *om. Mai* **88** *om. Mai* **89** Mechus: Mechius $V_1$ / Iuvenalis: unde quidam $P_1$ / bona ⟨Mechia, adultera. Iuvenalis [VI 278] si tibi zelotipe retegantur scrinia meche. Mechari, adulterari⟩ H **90-91** *mutato ordine* $P_1$ **90** canit: cantat I ⟨vel nuntius⟩ $P_2$ **92** frequenter ⟨modica⟩ $P_1$ / Macrobius ... missitant *om. Mai* **93** Persius ... mephites *om. Mai* / exalante: exaltante $V_1$ **95** *om.* I / Muscerda: Murceda $V_1$ / murium: murorum $P_1$ ⟨bucerda boum, anserda anserum murorum⟩ $P_1$

96 Muriscidus, homo ignavus. Plautus quid ais muriscide homo.
97 Murilegus, catus qui legit .i. colligit mures.
98 Muscipula, decipula, captentula, mustitula.
99 Muscipulator, deceptor, fraudator, pellicator, alterplex, factiosus, tegnosus, strophosus, fraudulentus, defraudator.
100 Mustricula, machina ad stringendos mures.
101 Mustellarium, fossa mustele.
102 Mustela, mus longus, nam 102a telion dicitur longus, unde et tela et telum.
103 Missilis, ad mittendum habilis.
104 Missile, telum, pilum, iaculum, vibraculum, amentarium.
105 Mussare, mussitare, murmurare, mutire. Persius men mutire nefas.
106 Murmucones, murmuratores, mugissores, mussitatores.
107 Medela, medicina, medicamem, medicamentum.
108 Munitium, munitio, obsidio, circumvallatio.
109 Municeps, castellanus, oppidanus.
110 Municipium, oppidum, castellum, asilum.
111 Meniatus, muratus.
112 Muria, fex vini vel olei. Persius tingit holus siccum muria vafer.
113 Munusculum, parvum munus, premiolum, donellum.
114 Munerare, honorare, insignire, donare.
115 Munuscularius, qui servit pro munere, mercenarius.
116 Munium, laus vel munus.
117 Munerare, honorare. Omerus Aiacem munerat ense.
118 Munerosus, largus vel munere dignus.
119 Munificus, largus, dapsilis, munificentissimus.
120 Munificenter, large, munifice, dapsiliter, prodigaliter, dilapidatorie.
121 Mulcedo, suavitas, suavium, mitigamen, mitigamentum.
122 Mulsus, mitigatus.

---

**96** Plaut. *Epid.* 333 vae tibi, muricide homo! **105** Pers. I 119: me (men *var. l.*) muttire nefas? **112** Pers. VI 20: tinguat holus siccum muria vafer **117** Hom. Lat. 628: Aiacem deaurato munerat ense

---

**96** Plautus ... homo *om. Mai* / ais: agis I / muriscide: muricide I **97** catus: cattus I$P_2$ Cato $P_1$ **98** captentula, mustitula *om.* H **99** factiosus: flagitiosus I ⟨defrudator⟩ H / fraudulentus: frudulentus $P_1$ **100** *om.* $P_2$ **101** fossa: fovea H **102** longus: longua $V_1$ longa $P_2$ / longus: longum $P_2$ $P_1$ / unde ... telum *om.* H **104** vibraculum, amentarium *om.* H **106** Murmucones: Murmurones I$P_2P_1$ / mussitatores (*Mai*): musitatores $V_1P_2$ musitores $P_1$ *om.* H **107** medicamen, medicamentum *om.* H **108** Munitium: Munium I *ante corr.* / obsidio: obsessio I / circumvallatio *om.* H **109** oppidanus *om.* H **112** Persius ... vafer *om. Mai* / siccum muria: muria siccum $V_1$ sicut muria I **113** *om.* $P_1$ **114** *om.* I / honorare (*Mai*): honerare $V_1$ ⟨Homerus [628] Aiacem munerat ense⟩ H / insignire, donare *om.* H **116** munus: munera $P_1$ **117** *om.* H *Mai* / ⟨et prior⟩ Aiacem ⟨deaurato⟩ $P_1$ **118-119** *in unum coegit Mai* (Munerosus, largus dapsilis, munificentissimus) **119** munificentissimus: magnificentissimus $P_1$ **120** prodigaliter: prodigialiter $V_1IP_1$ **121** mitigamentum *om.* H

*363 M.*

123 Mulsa vel mulsum, potio quedam que fit ex vino. Macer in mulsa coctum commixtum cum sit acetum.
124 Musteus, musto plenus.
125 Mustacium, mustum. Iuvenalis mustacia perdas.
126 Mulcare, mulcere, mitigare.
127 Muliercula, feminula.
128 Mulierarius, frequens mulierum appetitor.
129 Mendiculus, pauperculus et tenuis.
130 Mendicabulum, locus mendicantium.
131 Misticius, ad miscendum habilis.
132 Miscillum, commixtio diversarum vocum. Martianus ait miscilla sacre dum feruntur curie.
133 Mitia, mansuetudo.
134 Miscellarius, mixtus, quod et miscellactius dicitur.
135 Miscellanea, vasa in quibus gladiatorum prandia commiscebantur. Iuvenalis sic veniunt ad miscellanea ludi.
136 Miscellio, qui novit artem miscendi diversos potus.
137 Madidulus, aliquantulum madidus.
138 Mador, madiditas. Martianus quid agat properata madorem.
139 Matula vel matillum, vas ad recipiendum urinam.
140 Mithus, fabula iocosa et relatu digna. Martianus nunc ergo mithos terminatas infiunt.
141 Maciecula, parva macies.
142 Macilentus, macer.
143 Macescere, macrum esse. Plautus macesco consenesco et tabesco miser.
144 Macilentia, macies, macor, macritudo.
145 Macellio, macellarius, carnicida, lanio, lanius, lanista, carnifex.
146 Maciones, maceriarum instructores.
147 Macia, intestina que sordes emittunt.
148 Minsare, minsitare, frequenter mingere.

---

**123** Macer = Odo Magd. 167 In mulsa ... cui sit acetum **125** Iuv. VI 202: ... mustacea perdas **132** Mart. Cap. IX 913: miscilla sacrae dum geruntur (feruntur *var. l.*) curiae **135** Iuv. XI 20 **138** Mart. Cap. II 123: quid agat per aperta madorem **140** Mart. Cap. II 220: nunc ergo mythos terminatur (terminatas *var. l.*); infiunt **143** Plaut. *capt.* 134

---

**123** potio: potatio H / Macer ... acetum *om. Mai* / Macer: Marcianus $P_1$ / commixtum ... acetum: et cetera $P_1$ / commixtum: mixtum $P_2$ *om.* I **125** Iuvenalis ⟨[VI 202] quare cenam et⟩ H **130** Mendicabulum: Medicabulum $P_1$ / mendicantium: medicantium $P_1$ **131** ⟨aptus vel⟩ habilis $P_2$ **132** *post* 126 $P_2$ **133** *post* 124 $P_2$ **135** Iuvenalis ... ludi *om. Mai* **138** Martianus ... madorem *om. Mai* / madiditas: maditas $P_1$ **139** vas: vasa I / recipiendum: recipiendam H **140** fabula: fabulosa $V_1$ / Martianus ... infiunt *om. Mai* / Martianus: unde quidam $P_1$ / ergo: ego $HP_1$ / terminatas: terminatus I terminatos $P_1$ / infiunt: influunt I **142-143** *om.* H **143** Macescere: Macesco $V_1$ / Plautus ... miser *om. Mai* / macesco: et I / tabesco: contabesco $P_1$ / miser ⟨aciecula, parva macies⟩ $V_1$ *om.* $P_1$ **145** lanista ⟨boscida⟩ H / carnifex *om.* H **147-148** *mutato ordine* $P_2$ **148** minsitare: ministrare $V_1$ mixiare I

149 Minsaterium, vas ad recipiendum urinam vel mictum, urinal, lotiatorium.
150 Micturire, mingere desiderare. Iuvenalis lecticas ponunt hic micturiunt hic.
151 Mansitare vel mansare, frequenter manere.
152 Mansitorium vel mansionarium, locus mansioni aptus.
153 Mania, furia infernalis.
154 Manicare, mane surgere vel expectare. In evangelio et omnis populus manicabat ad eum.
155 Mandatela, mandatum.
156 Mandra, qui boves hortatur. Iuvenalis stantis convicia mandre.
157 Mannus, dextrarius equus, quod et pro curru dicitur.
158 Marspiter, Mars pater vel maris cuiuslibet pater.
159 Maritellus, parvus maritus.
160 Marisca, vesica que masculorum cuti supertumescit. Iuvenalis scinduntur tumide medico ridente marisce.
161 Mensuratim, mensurate.
162 Menstruus, quod secundum mensem evenit sicut dolor capiti vel profluvium sanguinis quod accidit mulieri, quod et menstruosus, et menstruus, et mensaticus, et menstruatus dicitur.
163 Metari, metiri.
164 Metreta, quedam mensura.
165 Metarpus, castrorum metator.
166 Membratus vel membrosus, magna membra habens.
167 Mavors, Mars, Hesus, Marspiter, Gradivus.
168 Mavorticus, bellicus, bellicosus, bellax, pugnax, Martius.
169 Mestitudo, mestitia, tristitia. Ambrosius immoderata mestitudine prorupit morbi vis.
170 Mestificare, contristari.
171 Minutia, minima cuiuslibet rei portio.
172 Minutim, minutatim, cesim, divisim.

---

**150** Iuv. VI 309 **154** Luc. XXI 38 **156** Iuv. III 237 **160** Iuv. II 13: caeduntur tumide medico ridente mariscae **169** Ambrosius = Heges. I 8, 1: immoderata maestitudine eo prorupit vis

---

**149** Minsaterium: Minsatorium $P_2P_1$ / urinam vel *om.* H / mictum: murmur I / urinal, lotiatorium *om.* H **150** desiderare: desidero I / Iuvenalis ... micturiunt hic *om. Mai* / lecticas ⟨inde⟩ $P_1$ / hic: hii $P_1$ / hic *om.* I **151** Mansitare vel mansare: Mansare vel mansitare H **154** vel ... eum *om. Mai* / et *om.* $P_1$ **155** Mandatela: Mandatellum $P_1$ **156** Iuvenalis ... mandre *om. Mai* / stantis: stans H / convicia: conviva $P_1$ **157** et *om.* H / curru (*Mai*): carru $V_1$ currum $P_1$ **158** Marspiter: Maspiter $V_1$ / Mars: Martis $P_2P_1$ **160** Marisca: Marissa $V_1IP_2$ *ante corr.* / vesica: vescica $P_1$ / Iuvenalis ... marisce *om. Mai* / scinduntur: scinditur $V_1$ scindit $P_1$ **162** capiti: capitis $IP_1$ / menstruus: mensturnus H mensurnus $P_2$ / dicitur ⟨menstruum vero ipsa infirmitas⟩ $P_2$ **163** *om.* H **165** Metarpus: Metapus $V_1$ Metrapus (*Mai*) **167** Marspiter: Maspiter $V_1IP_2P_1$ **168** Mavorticus: Mavortius H / Martius *om.* HI **169** *om.* I / Ambrosius ... vis *om. Mai* / prorupit: prorumpit $P_1$ **170** Mestificare: Mesticare I / contristari: contristare H

*364 / 365 M.*

173 Messius, maturus ad messem.
174 Messores, illi qui metunt.
175 Minuescere, minuere.
176 Minutal, frustum panis, quod et quadra dicitur. Iuvenalis hesternum solitus servare minutal.
177 Miniographus, minio scribens.
178 Minurrire, minutim canere.
179 Minurritio, suavis cantilena.
180 Mina, quoddam pondus.
181 Monitorium, studium, scola, gimnasium.
182 Monumentum, sepulcrum, mausoleum, pira, piramides, tumulus, colossus, poliandrum.
183 Monedula, quedam avis. Plautus dic me hirundinem vel monedulam.
184 Monetorium vel monesum, locus monete.
185 Millenus, millesimus.
186 Milleus, calciamentum propter diversos punctus, unde et millare dicimus pro suere.
187 Millus, collare circa collum canis.
188 Mediocriculus, aliquantulum medius. Cato pauculos homines mediocriculum exercitum.
189 Medianus, medius.
190 Medioxinus, in medio situs. Martianus quos Latini medioxinos vocant.
191 Meditullium, medietas.
192 Medullinus, de medulla existens, quod et medulleus dicitur. Iuvenalis medulline frictum crissantis adorat
193 Mediare, dividere, particulari, dimidiare, disparare, separare, secernere, frustillare, dividuare.
194 Mediastinus, in medio stans. Horatius tu mediastinus tacita prece rura petebas.

---

**176** Iuv. XIV 129: hesternum solitus medio servare minutal **183** Plaut. *asin.* 693-694: dic igitur med aneticulam, columbam vel catellum | hirundinem, monerulam (monedulam *var. l.*) passerculum putillum **188** Cato *orat.* fr. 12: pauculos homines mediocriculum exercitum obviam duci **190** Mart. Cap. II 154 latine medioximos vocitarunt **192** Iuv. VI 322: ipsa Medullinae fluctum (frictum *var. l.*) crisantis odorat **194** Hor. *epist.* I 14, 14

---

**173** Messius: Messivus HIP$_2$ **176** Iuvenalis ... minutal *om. Mai* **177** Miniographus: minographus I **180-181** *mutato ordine* P$_1$ **181** *post* 177 P$_2$ **182** Monumentum: Monimentum V$_1$ / pira *om.* V$_1$ / piramides: piramis dis P$_2$ / poliandrum ⟨sarcofagum⟩ P$_2$ **183** Plautus ... monedulam *om. Mai* / monedulam ⟨Monimentum, rememoratio⟩ H **186** propter diversos punctus *om.* P$_1$ / punctus: punctos IP$_2$ **188** medius: mediocris H / Cato ... exercitum *om. Mai* / Cato: Cicero I / pauculos homines: panniculos homines P$_2$ paucos homines P$_1$ homines paucos V$_1$ **190** Medioxinus: Mediosinus I Medioxanus P$_1$ / Martianus ... vocant *om. Mai* / quos: nos I ⟨Grece demones⟩ P$_1$ **192** Iuvenalis ... adorat *om. Mai* / frictum: fructum IP$_1$ **193** dividere ⟨partiri⟩ P$_2$ / separare *om.* V$_1$ **194** medio ⟨rure⟩ P$_2$ / Horatius ... petebas *om. Mai* / tu mediastinus: in mediastinis P$_1$

*365 M.*

195 Mediaratus, in medio ductus. Martianus mediaratis per annexa succentibus.

196 Multare, verberare, flagellare, depuire, percellere, decutere, plagiare, vapulare.

197 Multifariam, multis modis.

198 Multa, poena.In libro regum imposuit multum terre centum talenta.

199 Multacium, quedam levis vestis.

200 Meraria, taberna, caupona, ganearia, conpunula, crustaria, propina, clepsedraria, pandochium, vinaria, potatorium.

201 Multipes, vermis quidam multos habens pedes.

202 Macte indeclinabile, bonus, valens, prestans, frugi.

203 Monas, initium numeri qui dicitur unus.

204 Monalis, unialis.

205 Monaliter, unialiter, uniformiter. Martianus hymeneus monaliter personabat.

206 Monogamus, unius uxoris vir.

207 Monarca, princeps unius civitatis.

208 Monarchia, unius civitatis principatus.

209 Monopolis, caput civitatum totius regionis.

210 Monocosmus, vehiculum unum tantum portans.

211 Monachicus, monasticus, monachalis, monachilis.

212 Morosus quando prima sillaba breviatur, tardus quando vero producitur, dicitur pro nobilis. Persius cum morosa vago singultet in inguine vena.

213 Moracia, dura nux.

214 Moscillus, parvus mos.

215 Morigerari, bonos mores gerere.

216 Matrissare, matri assimilari.

217 Matertera, matris mee soror, que et matruelis dicitur.

218 Matrimes, puer qui matri assimilatur.

219 Matrix, locus vel pellicula in qua infans in ventre involvitur.

---

**195** Mart. Cap. I 11 **198** *IV reg.* XXIII 23 **205** Mart. Cap. IX 905: sed puer monauleter sonabat **212** Pers. VI 72: cum morosa vago singultiet inguine vena

---

**195** Mediaratus: Medioxatus $P_1$ / Martianus ... succentibus *om. Mai* / Martianus: Macr. $P_2$ *in marg.* / mediaratis: medioxatis $P_1$ mediaratus I / annexa: amena $P_1$ / succentibus ⟨duplis⟩ $P_1$ **196** Multare ⟨punire⟩ $P_2$ / depuire: depunire $P_1$ **197** *post* 180 $P_2$ / multis modis *et s.l.* multociens H **199** Multacium: Multicium $IP_2$ **200** *post* 293 H / clepsedraria: clepsydraria *Mai* / potatorium: potatorum $P_2$ *ante corr.* potarium $P_1$ **201** Multipes: Multiples $P_1$ **203** qui: quod I **205** Martianus ... personabat *om. Mai* / Martianus ⟨puer⟩ $P_1$ / personabat: parabat $P_1$ **207** civitatis ⟨vel totius orbis⟩ H **208** civitatis ⟨vel totius orbis⟩ H / principatus: principatis $P_1$ **209** Monopolis: Monospolis I **211** Monachicus, monasticus: Monasticus, monachicus $P_1$ / monasticus *om.* $P_2$ **212** Morosus ⟨a moribus⟩ $P_1$ / tardus quando ⟨prima silla-ba⟩ $P_1$ / vero *om.* $P_1$ / nobilis: nobili $P_2$ ⟨positus⟩ I *Mai* / Persius ... vena *om. Mai* / singultet: singultiet $P_2$ *om.* I / in *om.* $P_2$ **215** Morigerari: Morigeratus $P_2$ **216** Matrissare: Matrissari $P_2$ *Mai* **217** et (*Mai*) *om.* $V_1P_2$ **218** assimilatur: assimulatur $P_1$ **219** in ventre *om.* $P_2$ / involvitur: volvitur $P_1$

*365 / 366 M.*

220 Matricula, charta, ceda, cedula, dica, tomum, quod in vita sancti Silvestri reperies.
221 Meracissimus, purissimus, sincerissimus.
222 Meracitas, puritas, claritas.
223 Meraca, potio mentem exacuens.
224 Merotheca, meri custodia.
225 Meraculum, potio ex mero.
226 Melculum, parvum mel.
227 Melantes, lapis melleum habens saporem.
228 Melos, dulcis cantus, quod et melodia et melodiama dicitur.
229 Melus, dulcis, quod et melodus et melicus dicitur.
230 Mellarium, vas vinarium.
231 Mellicratum, commixtio vini et mellis.
232 Multrum, multrale, multra, vasa ad mulgendum apta. Virgilius bis venit ad multram.
233 Mulcrum, lac bovinum.
234 Mucculentus, munctus.
235 Militones, milites, equites, proceres, Quirini, emissarii, grassatores, satellites.
236 Mersitare, sepe mergere.
237 Mergus, quedam avis maritima.
238 Machia, pugna, hinc et sichomachia .i. ars de pugna anime.
239 Mergora, situle cum quibus aqua de puteo trahitur.
240 Merga, furca cum qua garba segetis portatur.
241 Minitare, frequenter minari.
242 Minabundus, minis plenus.
243 Meditatiuncula, parva meditatio.
244 Meditaturio, meditari desidero.
245 Micatim, splendenter.
246 Mastigia, monstrum quasi de Stige manans. Plautus ut illi mastigie cerebrum excutiam.
247 Meticulus vel meticulosus, metu plenus.
248 Marcidus, vapidus, flaccidus.

---

**220** *cf. vita Silvestri* II p. 509 *Mombritius* **232** Verg. *buc.* III 30 **246** Plaut. *capt.* 600

---

**220** ⟨scilicet⟩ ceda H / ⟨scilicet⟩ cedula H **221** purissimus: purgatissimus $P_1$ ⟨purgatissimus⟩ $IP_2$ / sincerissimus *om.* H **225** *om.* $P_2$ **228** melodiama: melodiana $P_1$ **229** *om.* $P_1$ / melodus: melodis $P_2$ **230-231** *post* 224 $P_2$ **231-232** *mutato ordine* $P_1$ **231** Mellicratum: Mellicratium $V_1$ Mellicratio I **232** mulgendum: mungendum $V_1$ / Virgilius ... multram *om.* *Mai* **233** Mulcrum ⟨mulcrale⟩ $P_1$ / bovinum ⟨Mulcrum, lac bovinum⟩ $P_1$ **235** milites *om.* $P_1$ / grassatores: crassatores I satores $P_1$ *post corr.* **236** Mersitare: Miliersitare $V_1$ **237** maritima *et s.l.* aquatica H **238** *post* 200 H / hinc: hic I / et *om.* $V_1$ **239** Mergora: Mergore I / situle: situla $P_2$ / quibus: qua $P_2$ **240** cum *om.* I **243** *om.* $P_1$ **244** desidero: desiderio $P_2$ *ante corr.* **246** monstrum: ministrum $P_1$ / Plautus ... excutiam *om.* *Mai* / ⟨Stigie cerebrum⟩ ut $V_1$ **247** Meticulus ... plenus: Meticulosus vel meticulus ... plenus $P_1$ **248** flaccidus: fraccidus $P_1$

249 Melicie, galline.
250 Melia, hasta a ligno quodam.
251 Mensari, nummulari.
252 Madulfus, ebrius, quasi madidus a vino.
253 Mattici, homines malarum artium.
254 Magisterare, magistrare.
255 Mamphur, lorum quod vertit lignum tornatile.
256 Mantare, sepe manere.
257 Mama, turpis persona.
258 Mafortia, marsupium, bursa, moculus, loculus, crumena.
259 Murrine, genus uvarum, unde et murratus.
260 Mafortes, operimenta capitum mulierum.
261 Malagma, quod sine igne maceratur.
262 Manumissi, servi per manus missionem liberati.
263 Mastix, resina vel gutta.
264 Macia, intestina.
265 Mechanica, ars fabrilis.
266 Medigna, modiorum mensura quinque.
267 Melancolicus, nigri coloris.
268 Metapus, fatuus, insulsus, brutus, blemnus, bardus, stultus, stolidus, fungibaldus.
269 Melopoeius, carminis fictor.
270 Misticus, asper, acer.
271 Melifia, locus dictationis.
272 Modicare, temperare.
273 Meniare, circum munire.
274 Modestare, temperare vel regere.
275 Mulcare, pugnis vel virgis cedere.
276 Mumacus, consiliarius regis.
277 Malarium, pomarium, arbor que fert poma.
278 Malaxare, mollescere.
279 Malleator, cum malleo percutiens.
280 Machil, tunica talaris et iacinctina tota.
281 Manile, ciphus aptus ad tenendum in manu.
282 Manipulatim, gregatim, collectim.

---

**249** *post* 245 $P_2$ / ⟨galicie⟩ galline $V_1$ **251** *om.* $P_2$ **254** Magisterare: Magissare $P_2$ **256** *post* 253 $P_2$ **258** moculus: forulus $P_1$ somlus $P_2$ (*vix legitur*) / loculus: loculusque $P_2P_1$ **261** Malagma: Maligma $P_1$ **262** Manumissi ... liberati: Manumittere, servum per manumissionem liberari $P_2$ / Manumissi (*Mai*): Manumitti $V_1$I **263** Mastix: Matix I **265** fabrilis: fabrilaris $P_1$ **268** Metapus: Metaptus I / insulsus: insultus $P_1$ / stultus (*Mai*): sturtus $V_1$ *om.* H / stolidus *om.* H / fungibaldus: fulgibaldus I *om.* H **269** *om.* $P_1$ / Melopoeius: Melopoeus I Melopeus $P_2$ **270** Misticus: Micsticus H / acer ⟨durus⟩ H **271-272** *mutato ordine* $P_2$ **271** Melifia: Melisia *et s.l.* Milesia H Melodia $P_1$ / dictationis: dulcedinis $P_1$ ⟨Theodolus [*ecl.* 328 ] milesias reperam nisi subterhat hesperus horam⟩ H **275** Mulcare: Multare H **276** Mumacus: Mumnracus $P_1$ **277** *om.* I / Malarium: Malarum $P_2P_1$ / pomarium: pomarum $P_2P_1$ **278-279** *mutato ordine* $P_2$ **280** tota *om.* I **281** ciphus: sciphus $V_1$I cibus $P_2$ / in *om.* I **282** gregatim: congregatim $P_1$

*367 M.*

283 Manipulosus, spissus vel directus.
284 Manubiare, vigilare, pernoctare, lucubrare, elucubrare, nictare, nictitare, expergisci, edormire, excubare, excubitare.
285 Mansionarius, hostiarius qui ecclesiam custodit.
286 Manuensis, sporta apta ad portandum in manu.
287 Mastigium, baculus, flagellum.
288 Matricularius, pauper, inops, egenus, erumpnosus, erumpnatus, calamitosus, depressus.
289 Metamorphosis, transmutatio.
290 Metropolis, mater civitatum.
291 Metropolitanus, qui manet in metropoli.
292 Metatores, mansionum preparatores.
293 Metari, mansionem preparare vel metiri.
294 Metabulum, prospera navigatio.
295 Meatim, meo more; suatim, suo more; nostratim, nostro more.
296 Meapte, mea voluntate.
297 Mearchus, dominus, herus.
298 Medella, dimidius numerus.
299 Mediator, medius.
300 Megera, nomen furie .i. magna contentio.
301 Melicerta, deus maris.
302 Mimallones, ministri Bachi.
303 Mintire, sonare, clamare, quod proprium est murium.
304 Monogamus, unius uxoris vir.
305 Monopolium, statio ubi una res venditur.
306 Morbidosus, morbidus, pesticus, pestilens, tabidus, tabidosus.
307 Motare, movere.
308 Multiscius, multa sciens.
309 Munerarius, qui semper munera requirit.
310 Munitoria, succinctoria, perizomata.
311 Munifex, qui munera dat.
312 Munificus, largus, dapsilis, dapidus.
313 Municipales, castellani qui municipium custodiunt.
314 Munificare, locupletare vel largiri vel firmare.
315 Municipatus, dignitas vel defensio municipii.

---

**283** spissus *om.* I$P_2$ **284** *a* lucubrare *distinxit* $V_1$ / lucubrare ⟨Mucubrare⟩ $V_1$ / elucubrare *om.* I **285** ecclesiam: hostium H **286** Manuensis: Munuensis H Maniensis $P_1$ **287-288** *mutato ordine* H **288** Matricularius: Matricularis H Matriculus $P_1$ / erumpnatus ... depressus *om.* H **289** transmutatio: de transmutatione H transmutio $P_1$ **290** *om.* $P_1$ **293** *post* 276 H / mansionem: mensiones $P_1$ **294-295** *post* 291 $P_2$ **294** prospera: properata I **295** meo more ⟨tuatim, tuo more⟩ $P_1$ / suo more: suo more ⟨tuatim, tuo more⟩ H / nostro more ⟨vestratim, vestro more⟩ H **296** *om.* $P_1$ **297** *post* 299 **302** Bachi: Bacchi *Mai* **303** Mintire: Minitire $P_1$ **304** *om.* H$P_1$ / vir (*Mai*): vir ⟨Monocosmus (Monacosmum $V_1$), genus vehiculi quod unum portat⟩ $V_1$I $P_2$ **306** tabidosus *om.* H **307-308** *om.* I **307** *om.* H **308** Multiscius: Multicius $P_1$ **309** *post* 306 $P_2$ *om.* H / requirit: querit I **312** dapidus: dapificus $P_2$ **313** *post* 310 $P_2$ **314** locupletare: locupletari I **315** municipii ⟨vel magistratus⟩ H

*367 M.*

316 Mirmicoleon, mirmicarum leo.
317 Mussare, mussitare, murmurare.
318 Musculus, genus parve navis.
319 Mirmix, formica.

---

**317** mirmicarum: formicarum H **317-318** *mutato ordine* $P_2$

Explicit tractatus secundus de littera duodecima H

Monos Grece, unus Latine. Malonpas, nigre tenebre. Meson, medium, potasmom, fluvius, inde Mesopomia. Melan enim nigrum. Menalurus eo quod nigram caudam habet. Mithos, fabula in libro mitologiarum. Menes, piscis qui secundum lunam deficit et proficit. Milamonos, pastor. Mirmices, formice, inde Mirmidones. Mauron, nigrum, inde Mauri. Migma, mixtura feni et straminis. Michael, quis sicut deus. Mathias, donatus. Maria, illuminatrix. Martha, irritans. Mercurius, mercator, quirios .i. dominus vel medius currens. Malathm, regum interpretator. Meamois quod est aqua. Mathesis penultima correpta doctrina producta divinatio, unde quidam [Eberh. Bethun. *Graec.* X 211] s c i r e  f a c i t  m a t h e s i s  s e d  d i v i n a r e  m a t h e s i s *post* 319 *add.* $P_1$

# N

*368 / 369 M.*

[1] Prefate locutionis serie tandem terminata his verbis Grammatica sibi assistentes fuit allocuta poetas: "Audistis, o filioli, haut minimam partium originem quam secundum latialem dirivandi formam super duodecime littere tractatum deprompsi. [2] Audite et benivoli que ad commodum vestrum de tertia decima tractatura concepi quam -N- nominamus, que etiam, ut ait Martianus, lingua dentibus strictim appulsa spiritu mittente profertur nec multa continet, sed omni tamen latinitati necessaria, unde inquietos boni detractores emulos nostros exorare volo, ne que omnem latinitatem astipulatur maligno intumentes spiritu soli lacessant, quia ab omnibus debent impeti quique omnibus necessarium temptant demoliri". [3] Dixit et incepit que in alta mente recepit.

[1] **No** as vi tum tu verbum neutrum, [2] et inde hic et hec **nabilis** et hoc nabile .i. ad nandum habilis, [3] unde **nabiliter** adverbium, [4] et **nabundus** a um .i. facilis ad natandum, [5] et hoc **nabulum** li.i.merces nautica eo quod nare videatur cum per mare transfertur, [6] et hec **natrix** cis .i. serpens quidam qui veneno suo inficit aquas, unde Lucanus et natrix violator N i

---

2 *cf.* Mart. Cap. III 261: lingua dentibus appulsa collidit

6 Lucan. IX 720 N i

---

*prologum om.* $M_1$

Incipit prologus in tractatum primum de littera xiii H Prologus xiii littere A Prologus tertiae decimae litterae *Mai*

**1** sibi: super $P_1$ / assistentes: assistuntes I / haut *om.* $P_1$ / minimam: nimirum $P_1$ mininam I / dirivandi: derivandi H **2** Audite: Audire I *post corr.* adire I *ante corr.* ⟨iam⟩$P_1$ / ait: asserit $P_1$ / tractatura: tractare $P_1$ / concepi: incepi $P_1$ / mittente: innitente $P_1$ / detractores: detractatores I detrectatores H tractores A / omnem: omnis $P_1$ ⟨maxime⟩H / latinitatem: latinitas $P_1$ / astipulatur: astipulat $P_1$ astipulavit H astipulant I $P_2$ / intumentes: intimentes A *om.* $P_1$ / lacessant: lascessant I lacescant $P_1$ / debent: debentur $P_1$ / temptant: temptat $P_1$ **3** que: quod $HP_2$

Explicit prologus H

Incipit tractatus I de littera tertia decĩma que dicitur -N- H

Incipit tractatus A

**1** neutrum ⟨et caret supinis⟩ $P_1$ **2** nandum: natandum φ / habilis ⟨quod componitur innabilis⟩ H **4** natandum: nandum H **5** videatur: videtur $P_1$ / cum: dum $P_1$ **6** et natrix ⟨serpens⟩ *Mai* / N i

aquarum. [7] Item a supino natu, u mutata in o, fit **nato** as verbum frequentativum, [8] et inde **natator**, [9] **natatrix**, [10] et hic et hec **natabilis** et hoc natabile, [11] quod etiam **natatilis** dicitur, [12] et hoc **natatorium**, [13] et hic **natatus** tui, [14] et **natito** as aliud frequentativum. [15] Nato componitur **enato** as, [16] et **innato**, [17] **adnato**, [18] et **subnato** as, [19] et **transnato** as, et ab istis verbalia. [20] Item a verbo quod est no hec **navis** is, [21] unde hec **navicula**, [22] et hec **navicilla** ambo diminutiva, [23] et hic et hec **navalis** et hoc navale, [24] et hic **navita** e .i. navis custos, [25] unde hic **nauta** e per sincopam, [26] et inde **nauticus** a um, [27] et hoc **naulum** li .i. pro transmeatione datum pretium, unde Iuvenalis f u r o r  e s t  p o s t  o m n i a  p e r d e r e  n a u l u m. [28] Item ab hoc nomine quod est *navis* hic **navicularius** *rii navis custos*, [29] quod etiam hic **nauticus** ci dicitur, [30] et hic **nauclerus** ri, dicitur quoque nauclerus secundum Ysidorum ille qui habet navem in sorte, quia [30a] cleros sors dicitur, [31] et **navigo** as .i. navem regere et dicitur navigo quasi navem ago, et inde verbalia, [32] et hoc **navigium** gii. [33] Navis componitur **naufragus** a um et dicitur naufragus quasi navem frangens, [34] et inde **naufragor** ris verbum deponens, unde verbalia, [35] et hoc **naufragium** gii. [36] Componitur quoque navis hic **naupicus** ci .i. navis pater, [37] et hic **navarcus** ci .i. princeps navis, quia [37a] archos princeps dicitur, [38] et hoc **naumachium** chii *.i. exercitatio illa que agitur in navi et dicitur naumachium quasi navis machinatio*. [39] Item a no secundum Ysidorum hic **anser**, [40] et **anas** eo quod assidue nent. [41] No componitur **transno** as, [42] vel **trano** as propter absonantiam vocis.

N ii [1] **Noceo** es cui citum tu verbum neutrum, [2] inde **nocuus** a um, [3] quod componitur **innocuus** a um, [4] et **noxius** a um, [5] unde hec **noxa** e .i. culpa, [6] et inde hic et hec **noxialis** et hoc noxiale, [7] et componitur **innoxius**, [8] et

---

**27** Iuv. VIII 97 **30** *cf.* Isid. *orig.* XIX 1, 3 **39** *cf.* Isid. *orig.* XII 7, 52

---

aquarum: aque H$P_2$ **7** supino ... o: nato $P_1$ / ⟨natum⟩ natu I / in o *om.* A **8** inde ⟨verbalia⟩ $V_1$ **11** *om.* $M_1$ / natatilis: natalis $V_1$A natilis $P_1$ *Mai* **12-13** *mutato ordine* H **12** *om.* $P_1$ / natatorium ⟨rii.i.locus in aqua ubi frequenter natur⟩ H **14** natito (*Mai*): natico $V_1$ **16** *om.* $M_1$ **20-22** *om.* $V_1$ **21** navicula ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **22** navicilla: navicella $M_1$ / ambo diminutiva: secundum diminutivum $P_1$ **26** nauticus (*Mai*): naviticus $V_1$ **29** nauticus: naticus A **30** navem in sorte: in navim sortem $P_1$ / quia: nam $P_1$ **31** Et ⟨a navi⟩ H / regere: ducere $P_1$ ⟨ducere⟩ H **32** gii ⟨ .i. navis agitatio et dicitur pro ipsa nave, et hic et hec navigabilis et hoc navigabile⟩ H **33** et ... frangens *om.* $V_1$ / et dicitur naufragus *om.* I / navem frangens: navi fracta superstes $P_1$ **34-35** *mutato ordine* H **37** quia: nam $P_1$ *om.* φ / archos princeps dicitur *om.* φ **38** exercitatio: exercitio $M_1$A / agitur: fit I **40** et anas *om.* $P_1$ / anas (*Mai*): ana $V_1$I / nent: net $P_1$ **41** transno: trano $M_1$ **42** vel: quod etiam $P_1$ *om.* $M_1$A / trano *om.* $M_1$A / propter: per $P_1$ / absonantiam: obsonantiam I inconsonantiam $P_1$ / vocis: vocum $M_1$A ⟨et inde verbalia⟩ H ⟨dicitur⟩ $P_1$

**1** Noceo (*Mai*): Nonceo $V_1$ / verbum neutrum *om.* $M_1$ **2** unde ⟨nocivus et⟩ $M_1$A / nocuus: nocivus $V_1$I **3** innocuus: innocivus $V_1$I **6** noxiale ⟨.i. culpabilis⟩ H **7** innoxius ⟨.i. innocuus⟩ H

**obnoxius.** [9] Item a noceo **nocivus** a um, [10] et hec **nox** tis secundum quosdam, [11] unde hec **nocticula** e diminutivum, [12] et **noctu** indeclinabile, [13] et **nocturnus** a um, [14] unde hic et hec **nocturnalis** et hoc nocturnale, [15] et **nocto** as quod non est in usu, [16] sed componitur **pernocto** as .i. vigilare, et inde verbalia, [17] et **pernoctanter** adverbium .i. vigilanter, [18] et hic et hec et hoc **pernox** tis .i. vigilans, unde Martianus perdia pernoxque sacris ululata cartis. [19] Item a nocte hec **noctua** e .i. avis quedam nocte volans, [20] et componitur **noctiluca** ce .i. vermis quidam nocte lucens, [21] et hic **nicticorax** cis, dicimus etiam nicticorax .i. vigilans corvus, [22] quia **nictare** dicitur pro vigilare quod in Martiano frequenter reperies. [23] Item nox componitur **binoctium** tii .i. spatium duarum noctium, [24] et **trinoctium** ii .i. spatium trium noctium, unde Macrobius de Saturnalibus non posset implere trinoctium; [25] sic etiam dicimus **quadrinoctium**, [26] et **quinquinoctium**, et cetera. [27] Item a noceo secundum Ysidorum hec **nux** cis eo quod stilla eius proximis satis et arboribus precipue noceat, [28] et inde **nucilla** e, [29] et hec **nucula** e ambo diminutiva, [30] et hec **nucicula** cule .i. amigdala quasi minor nux, [31] et hic **nuclearius** rii .i. arbor que fert nuces, [32] et hoc **nucleum** ei, [33] unde hoc **nucleolum** li diminutivum, [34] et **nucleo** as quod non est in usu, [35] sed componitur **enucleo** as .i. adaperire enodare deflorare, et inde verbalia, [36] et **enucleanter**, [37] et **enucleate** adverbia .i. clare et aperte. [38] Noceo componitur **pernoceo** .i. valde noceo.

[1] **Neco** as ui vel avi nectum vel atum verbum neutrum, [2] inde **nectus**, N iii

---

18 Mart. Cap. II 124: perdia pernoxque namque operata chartis 22 *cf.* Mart. Cap. I 2; IX 888 24 Macr. *Sat.* I 3, 9: non enim posse impleri trinoctium 27 *cf.* Isid. *orig.* XVII 7, 21

---

**8** obnoxius ⟨.i.noxa obligatus⟩ H ⟨Item a noceo nocens nocentior nocentissimus, a quo nocentia e, et nocenter nocentius nocentissime adverbia. Nocens componitur innocens, unde innocentia ⟩ $P_1$ **9** nocivus a um: nocuus a um ⟨quod componitur innocuus⟩ I **10** quosdam: quodam $P_2$ ⟨nam nocet oculis tenebris, enim ingerit ne videant⟩ $P_1$ **12** indeclinabile ⟨.i. nocte⟩ H **16** as ⟨neutrum⟩ $P_1$ **18** pernoxque: pernox qua $M_1$ / sacris: satis $M_1A$ **19** quedam: que I *om.* H / volans: volat I **20** ⟨hec nocticula⟩ noctiluca $V_1$ ⟨hec nocticula et⟩ *Mai* / quidam *om.* HI / lucens: volans $P_2$ **21** nicticorax (nycticorax *Mai*): niticorax $V_1$ nocticorax I / nicticorax (nycticorax *Mai*): niticorax $V_1P_2$ nocticorax $M_1A$ / .i.: quasi $P_1$ **22** *om.* I / nictare: nictitare $V_1P_1$ / quod ... reperies: quod in Marciano $V_1$ ut Marcianus dicit $P_1$ **23** Item nox componitur *om.* I / binoctium: binoxium $P_1$ / .i. spatium duarum *om.* $P_2$ / noctium (*Mai*) *om.* $V_1P_2$ **24-26** *om.* $M_1A$ **24** ii ... noctium *om.* I / trium *om. Mai* / de Saturnalibus *om.* $P_1$ / implere ⟨tibi⟩ $V_1$ **25** quadrinoctium: quadritrium noctium *Mai* **26** quinquinoctium: quinquinnoctium $P_1$ quinnoctium ⟨et equinoctium⟩ I **27** precipue: maxime $M_1A$ **28-29** *mutato ordine* $P_1$ **28** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **29** ambo diminutiva: diminutivum $P_1$ **31** .i. arbor: pro arbore $V_1$ φ / fert: parturit $P_1$ / nuces: nives A **32** ei ⟨.i. medulla nucis que comeditur⟩ H ⟨vel hic nucleus⟩ $P_1$ **33** *om.* $P_1$ **34-35** quod ... enucleo as *om. Mai* **35** .i. adaperire (*Mai*): .i. adperire $V_1M_1$ *om.* $P_1$ **36** enucleanter: enucleatim $P_2$ ⟨et enucleatim⟩ H **37** enucleate: enucleatim $M_1AP_1$ / et *om.* I / aperte ⟨Componitur etiam nox noctivagus ga gum .i. vagans per noctem, unde noctivago gas, et inde verbalia⟩ H **38** pernoceo *om.* I

**1** vel *om. Mai* / nectum ⟨nectu⟩ $IP_1$ / atum ⟨tu⟩ $IP_2$ / neutrum: activum I **3** vel: et $P_1$ / ambo namque inveniuntur *om.* $P_1$ /

*371 / 372 M.*

[3] vel **necatus**, ambo namque inveniuntur sed in diverso sensu quia nectus dicitur qui in aqua tantum mortuus est, necatus vero aliqua alia re occisus, [4] et hec **nex** cis .i. mors, unde Ambrosius super Egisippum ponens nominativum ait erat multorum nex plurima; [5] et inde hec **necula** le diminutivum, in usu tamen nonnisi tres casus dicuntur necis necem a nece, [6] sic et compositum eius **seminecis**. [7] Neco componitur **perneco** as .i. occidere, [8] unde **pernectus**, [9] vel **pernecatus**, [10] et **pernicies** ei .i. mors interitus, unde Iosephus venenum in eius perniciem nundinatus est. [11] Componitur quoque neco **eneco** as .i. occidere, [12] et inde **enectus** a um, unde Horatius in epistolis bos est enectus arando; [13] **interneco** as .i. occidere, [14] unde **internectus** a um, [15] et hec **internicies** ei .i. mors.

N iv [1] **Niteo** es ui verbum neutrum et caret supinis, [2] inde **nitidus** a um quod comparatur nitidior nitidissimus, [3] unde **nitide** nitidius nitidissime adverbia, [4] et inde hic **nitor** ris, [5] et hec **nitedula** le .i. animal quoddam quasi ignis in nocte lucens, unde Cicero vepreculis extracta nitedula. [6] Item a niteo **nitesco** is verbum incoativum, [7] et componitur **renitesco** is, [8] et **enitesco** cis. [9] Et hoc **niciterium** rii .i. signum victorie vel ut alii volunt quoddam genus nitidissimi unguenti, unde Iuvenalis et ceromatico fert niciteria collo. [10] Dicimus quoque **nideo** es ui pro nitere vel pro olere, [11] et hic **nidor** ris .i. odor cocte carnis, unde Augustinus de civitate Dei tantis sacrificiorum cadaverinis non contaminantibus nidoribus. [12] Et componitur nideo **renideo** es .i. renitere, unde Horatius pulcrum renidet in mea tecta lacunar; hinc etiam Martianus diversitate colorum variata renidebat. [13] Niteo componitur **eniteo** es, [14] **preniteo** es, [15] **conniteo** es, [16] **reniteo** es, et ab istis verbalia.

---

N iii **4** Ambrosius = Heges. I 30, 14 **10** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* XVII p. 485 *F.* **12** Hor. *epist.* I 7, 87

N iv **5** Cic. *Sest.* 72 **9** Iuv. III 68 **11** Aug. *civ.* IX 16: tantis sacrificiorum cadaverinis non contaminantur nidoribus **12** Hor. *carm.* II 18, 1-2: non ebur neque aureum | mea renidet in domo lacunar Mart. Cap. VI 581: diversitate colorum variegata renidebat

---

tantum *om.* A / aliqua: aliquo $P_1$ / alia: alio $P_1$ / re: vi H modo $P_1$ / occisus: peremptus H **4** .i. mors *om.* $P_1$ / nominativum: nonnatim A / ⟨et⟩ erat $AP_2$ / multorum: mortuorum $V_1$I φ **5** diminutivum *om.* $V_1$ / nonnisi *om.* I / dicuntur: inveniuntur (*et s.l.* dicuntur H) Hφ / a *om.* $IP_1$ **6** sic et: sicut $P_1$ sic H / eius: est H *om. Mai* **9** vel: et $IP_1$ **10** ⟨et pernix⟩ et $P_1$ / interitus *om.* $P_1$ / unde ... est *om.* $IP_1$ / in eius: eius in *Mai* / nundinatus: mundi natus $V_1$ mundi natum *Mai* **11** quoque: etiam HI *om.* $V_1$ **12** in epistolis *om.* $P_1$ **15** ei ⟨et hec internicio nis⟩ H ⟨dicitur etiam hec internitio⟩ A / .i. mors *om.* HA

N iv **1** verbum neutrum *om.* $M_1$A **3** adverbia *om.* I **4** *ad* 5 *post* le $P_2$ **5** lucens (*Mai*): lucent $V_1$ / vepreculis: nepreculis I *om.* $P_1$ / extracta ⟨est⟩ $P_1$ **7** *om.* I **9** alii: aliis $P_1$ / volunt: placet $P_1$ *om.* I / genus: vas $M_1$A *om.* $IP_2$ / nitidissimi unguenti: nitidissimum unguentum $IP_2$ / ceromatico (*Mai*): seromatico $V_1IM_1AP_1$ **10** ui (*Mai*): avi $V_1$ ⟨avi⟩ I *om.* $P_1$ / vel ⟨etiam⟩ π **11** cocte *et s.l.* culine H / carnis ⟨vel assate, Iuvenalis [V 162] pastus nidore culine⟩ $P_1$ / unde ... nidoribus *om.* $P_1$ / Dei (*Mai*) *om.* $V_1$ / cadaverinis: cadaverinibus I / non: ut I **12** renidet: renidere et I / hinc ... renidebat *om.* $P_1$ / renidebat: renitebat I **13-16** *alio ordine* HIφ$P_1$ **15** *om.* $V_1$

*372 / 373 M.*

[1] **Necto** is xui xum xu verbum activum, [2] inde **nexus** a um, [3] et hec **nexio** nis, [4] et hic et hec **nexilis** et hoc nexile, [5] vel **nexibilis**, [6] et inde **nexiliter**, [7] vel **nexibiliter** adverbia, [8] et hoc **nectar** ris eo quod nectat et alliciat mentes potantium, [9] et inde **nectareus** a um. [10] Item a necto is hic **nexus** ui, [11] et **nexim** .i. coniunctim adverbium, [12] et **nexuosus** a um .i. nexibus plenus, [13] unde **nexuose** adverbium, [14] et hec **nexuositas** tis. [15] Necto componitur **annecto** is, [16] **subnecto** is, [17] **innecto** is, [18] **connecto** is. N v

[1] **Nictor** aris .i. vigilare, unde Martianus ponens participium ait cantare deproperas ritu nictantis antistitis; et inde verbalia, [2] et **nictanter** .i. vigilanter adverbium, unde in primo annalium libro Iosephus nictanter primis custodiis assistentes occiderunt. [3] Hinc etiam **nictamen** nis .i. vigilamen, [4] et hic **nictus** ui .i. vigilamen vel motus palpebrarum, [5] unde etiam **nictitare** dicimus .i. vigilare vel palpebras movere, [6] et componitur **adnictitare** .i. cum palpebris innuere sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus alii adnutat alii adnicitat aliud tenet aliud amat. [7] Item a nictor **nictitor** aris, [8] vel **nictito** as .i. vigilare, [9] et componitur hic **nicticorax** is .i. vigilans corvus, unde in psalmis sicut nicticorax in domicilio. [10] Hinc etiam dicimus **nicto** tis nictii vel nictivi quod pertinet ad canes, quando bestiarum vestigia insequuntur, unde Cecilius de quodam cane bene, inquit, nictit oletque. [11] Nictor componitur **adnictor** ris, [12] et **innictor** ris. N vi

[1] **Niger** a um comparatur nigrior nigerrimus, [2] unde **nigre** nigrius nigerrime adverbia, [3] et hec **nigredo** nis, [4] et **nigresco** cis, [5] quod componitur N vii

---

**1** Mart. Cap. I 2 **2** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* I 21 *B.*: noctanter primis custodiis assistentes dormientes occiderent **6** Plaut.] Naev. *com.* 76 Ribb.[3] **9** *psalm.* CI 7 **10** Caec.] Enn. *ann.* 340 (Paul. Fest. p. 184 *L.*: ... voce sua nictit ululatque) N vi

---

**1** activum: neutrum $V_1$I φ **4** nexilis: nexibilis $V_1$I / nexile: nexibile $V_1$I **5** *om.* $P_1$ / nexibilis: nexilis $V_1$I **7** *om.* $P_1$ **8** alliciat: illiciat A illicitat $P_2$ **10** a *om.* $V_1$ **11** .i. coniunctim *om.* φ **13** adverbium ⟨et nexo frequentativum, et inde verbalia⟩ $P_1$ **14** et ⟨a necto⟩ $P_1$ / tis ⟨et ab hiis verbalia⟩ H ⟨et a supino nexu u (mutata *add.* A) in o fit noxo as xui in eodem sensu⟩ $M_1$A **15-18** *mutato ordine* φ **18** is ⟨et ab istis verbalia⟩ I ⟨a quibus verbalia⟩ $P_1$ N v

**1** Nictor: Nitor $P_2$ / deproperas: properas I / ritu (*in marg. Mai*): rictu $V_1$ *post corr.* I$P_2$ victa $V_1$ *ante corr.* / nictantis: nitantis $P_2$ nictitantis $P_1$ **2** in primo annalium libro *om.* $P_1$ / occiderunt: occidunt $P_2$ **3** hinc *om.* A / .i. vigilamen: .i. vigilare $V_1$ vigilatio φ *om.* H **4-5** et ... vel *om.* I **5** unde ... vigilare *om. Mai* / etiam: et $V_1$ / nictitare: nicitare $P_2$ **6** adnictitare: adnicitare H$M_1P_2$ adnucitare A / cum *om.* $P_1$ / sicut ... palpebris *om.* $P_1$ / alii *om.* $P_1$ / adnutat: adnutant A *om.* $P_1$ / adnicitat: adnucitant A **7** nictor: nitor $P_2$ / nictitor: nictor I **8** vel *om.* $V_1$ / nictito: nicto I **9** nicticorax: nycticorax *Mai* n̄iticorax $V_1$ / in psalmis: psalmista $P_1$ in spalmis $M_1$ / nicticorax: niticorax $V_1P_2$ nycticorax *Mai* / in domicilio: et cetera $M_1$A ⟨et cetera⟩ $P_2$ **10** dicimus *om.* $V_1$I / nicto: nictio $P_1$ / tis: as $V_1$ ⟨nicui vel⟩ A / nictii: nicii $V_1$I nicui $M_1$ *om.* $P_1$ / vel *om.* $P_1$ / nictivi: nictui $V_1$I$M_1$ / Cecilius: Celius $P_2$ / inquit *om.* $P_2$ **12** ris ⟨et ab hiis verbalia⟩ H N vi

**2** adverbia (*Mai*) *om.* $V_1$I N vii

**enigresco** cis, [6] et **denigresco** is. [7] Item ab hoc nomine quod est niger **nigellus** a um .i. niger, [8] et **nigellulus** a um in eodem sensu ambo diminutiva, [9] et **nigro** as quod non est in usu, [10] sed inde dicitur hoc **nigramen** nis, [11] et hoc **nigramentum** ti ambo pro nigredine. [12] Et componitur **denigro** as, [13] unde **denigratus,** [14] **denigratio.** [15] Niger componitur **subniger** .i. aliquantulum niger.

N viii [1] **Nosco** is novi notum tu vel noscitum verbum activum, [2] inde **notus** a um quod comparatur notior notissimus, [3] unde **note** notius notissime adverbia, [4] et hec **notitia** e, [5] et hec **notio** nis, [6] et hic **nothus** thi quod et pro vento quodam et pro quolibet adultero dicitur, unde Horatius in odis illam cogit amor nothi. [7] Notus componitur **ignotus** .i. non notus, [8] et **notifico** as, [9] unde **notificanter** adverbium, [10] et **notificatus,** [11] **notificatio,** [12] **notificabilis,** [13] **notificabiliter** adverbium, [14] et hoc **notificamen** nis. [15] Item a nosco **noteo** es quod non est in usu, [16] sed componitur **innoteo** es .i. demonstrare, [17] et inde dicitur **innotesco** cis in eodem sensu, unde in proverbiis sapiens verbis innotescit paucis; [18] et hec **nota** te, [19] unde hec **notula** e, [20] et hec **notella** e ambo diminutiva, [21] et **noto** as verbum activum, [22] inde **notator,** [23] **notatus,** [24] **notatio,** [25] **notabilis,** [26] et **notabiliter** adverbium, [27] et **notatim** adverbium, [28] et hoc **notamen** nis, [29] et **notarius** a um. [30] Noto componitur **innoto** as, [31] **annoto** as, [32] **subnoto** as, [33] **denoto** as .i. reprehendere. [34] Item a nosco hic et hec **nobilis** et hoc nobile quod comparatur nobilior nobilissimus, [35] et inde **nobiliter** nobilius nobilissime adverbia, [36] et hec **nobilitas** tis, [37] et **nobilito** as .i. nobilem imitari, [38] unde **nobilitatus,** [39] **nobilitatio.** [40] Nobilis componitur **ignobilis,** [41] unde **ignobiliter** adverbium, [42] et hec **ignobilitas** tis. [43] Nosco componitur **cognosco** cis, [44] unde **cognitor** ris, [45] et **cognitus** a um, [46] et hec **cognitio** nis, [47] et secundum Ysidorum hic **cognatus** ti eo quod sit de genere notus,

---

**6** Hor. *carm.* III 15, 11 **17** *cf.* Bened. *reg.* VII 60 **47** *cf.* Isid. *orig.* IX 6, 2

---

**7** quod est niger *om.* $P_2$ **8** in eodem sensu *om.* $P_1$ / ambo diminutiva *om.* **12** Et ⟨nigro⟩ φ / componitur ⟨nigro⟩ H

**1** tu *om.* $V_1$ / noscitum (*Mai*): nocitum $V_1$ ⟨tu⟩ $P_1$ **3** adverbia *om.* I **5** *ad* 2 *ante* notus H **6** quod ... nothi *om.* I / quodam et: quodam vel $V_1M_1$ et $P_1$ / quolibet *om.* $P_1$ / adultero: adulterio A adulterino ⟨notho⟩ *Mai* ⟨vel ignobili⟩ $P_1$ / nothi ⟨Notus etiam potest dici qui natus est ex nobili patre et ignobili matre sicut spurius esset⟩ $P_1$ **8** as ⟨.i. notum facere⟩ H **9** *post* 11 φ / unde: et *Mai* **10-11** *mutato ordine* I **11** notificatio ⟨et notificanter adverbium⟩ φ **13** ⟨et⟩ notificabiliter *Mai* **15** noteo: nosceo I **16** innoteo: innoceo I / .i. demonstrare *om.* $P_1$ **17** innotesco ⟨incoativum⟩ $P_1$ / cis in eodem sensu *om.* $P_1$ / proverbiis: proverbio $P_1$ / verbis: vobis $M_1$ *om.* $V_1$I **19** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **20** *om.* $V_1$ / notella: nodella $P_1$ / ambo diminutiva: etiam diminutivum $P_1$ **22** notator ⟨notatrix⟩ H **26** et *om.* *Mai* **27** et: .i. $AP_2$ / adverbium *om.* $V_1$ **30-33** *alio ordine* $IP_1$ **31** *om.* *Mai* **33** .i. reprehendere *om.* $P_1$ **34** nobilissimus ⟨vel nobillimus⟩ $V_1$H **35** adverbia *om.* I **37** nobilem: nobilitatem $P_1$ / imitari ⟨vel nobilem facere⟩ H ⟨vel nobilem⟩ $P_1$ **40** ignobilis: innobilis $V_1$I **41** ignobiliter: innobiliter $V_1$I **42** ignobilitas: innobilitas I **43** cis ⟨unde verbalia⟩ φ **44-46** *om.* φ **44** ris ⟨et hec cognitrix cis⟩ H **47** cognatus: gnatus $V_1$I cognitus *Mai* / notus: natus $P_2P_1$

*374 M.*

[48] unde hec **cognata** te. [49] Cognitus quoque componitur **precognitus** .i. ante cognitus. [50] Item componitur **ignosco** cis .i. remittere indulgere, [51] et tunc facit participium **ignoscitus**, unde Terentius in adelphos ignoscitum est creditum est tacitum est; [52] et **ignotus** a um, [53] unde **ignoro** as, [54] et inde **ignoranter** adverbium, [55] et hec **ignorantia** e, [56] et **ignarus** a um. [57] Item componitur **agnosco** is, [58] unde **agnitus** a um, [59] et hec **agnitio** nis, [60] **prenosco** cis, [61] **pernosco** cis, [62] et ab istis **prenotus**, [63] et **pernotus** .i. valde notus.

[1] **Nascor** ris natus sum verbum deponens, [2] inde **natus** a um, [3] unde hec **natio** nis, [4] et inde hec **natiuncula** e diminutivum, [5] et **nativus** a um, [6] unde **native** adverbium, [7] et hec **nativitas** tis, [8] et hoc **natalicium** cii .i. nativitas. [9] Dicimus etiam **natalicius** a um .i. ad nativitatem pertinens, unde Persius et natalicia tandem cum sardonice albus. [10] Item a nascor hic et hec **nascibilis** et hoc nascibile, [11] unde **nascibiliter** adverbium, [12] et componitur **innascibilis**, [13] et hic **natus** tui pro nativitate cuius ablativus sepius invenitur, [14] et hic et hec **natalis** et hoc natale. [15] Natus componitur **cognatus** .i. de eodem genere natus, [16] et hic **agnatus** ti .i. ille qui succedit in loco cognati dum desunt filii. [17] Item a nascor hec **natura** e, [18] unde hic et hec **naturalis** et hoc naturale, [19] et **naturaliter** adverbium. [20] Nascor componitur **renascor** ris, [21] unde **renatus** a um, [22] **innascor**, [23] unde **innatus** a um. N ix

---

**51** Ter. *ad.* 474: ignotumst tacitumst creditumst

**9** Pers. I 16 N ix

---

**49** Cognitus: Cognosco $P_2$ / quoque *om.* H / componitur ⟨precognosco, unde⟩ $P_2$ ⟨incognitus⟩ $M_1$ **50** remittere ⟨vel⟩ $P_1$ **51** participium: supinum $P_1$ / in adelphos: in adelph. in adelphis *Mai om.* $P_1$ / est *om.* I **56** et ⟨gnarus, quod componitur⟩ $P_1$ **57** Item ⟨nosco⟩ H / Item componitur *om.* φ **58-59** *mutato ordine* φ **58** um ⟨vel nosco cis ⟩ A **59** nis ⟨et hic agnatus ti, unde hec agnata te, et secundum quosdam hic agnus ni eo quod ceteris animantibus melius matrem agnoscat, nam in quocumque magno grege aberraverit solo balatum eam agnoscit, et inde hic agnellus li diminutivum, et agninus na num, et hic agniculus li.i. unius anni agnus, quod in veteri testamento sepe reperies [(anniculus) *cf. ex.* XII 5; XXIX 38; *Lev.* I10; IX 3; XII 6; XIV 10; XXIII 12, 18, 19; *num.* VI 12, 14, 14; VII 15, 17, 21, 23, 27, 29, 33, 35, 39, 41, 45, 47, 51, 53, 57, 59, 63, 65, 69, 71, 75, 77, 81, 83, 87, 88; XV 27; XXVIII 3, 9, 11, 19, 27; XXIX 2, 8, 13, 17, 20, 23, 26, 29, 32, 36; *Mi.* VI 6; IV *Esdr.* 6, 21]; quidam tamen melius diceret quod ibi non debet dici agniculus sed anniculus scilicet ab anno, et hec agna e, unde hec agnella le diminutivum, sed de agno superius aliqua diximus⟩ H **60** *om.* A / ⟨Item nosco componitur⟩ prenosco H / cis ⟨dinosco⟩ $P_1$ **62** *om.* A / istis ⟨verbalia⟩ I **63** notus ⟨Item ab agnosco agnus qui solo balatu agnoscit matrem inter mille⟩ $P_1$

**1** natus sum *om.* $P_2$ / sum ⟨nascitum, tu⟩ $P_1$ **9** natalicia tandem: tandem natalicia $P_1$ N ix
**13** nativitate (*Mai*): nativite $V_1$ / sepius: sepe φ frequenter $P_1$ **14** natale ⟨.i. natalicius vel nativitas, unde Ovidius de arte amatoria [I 417] magna superstitio tibi sit natalis amice⟩ H ⟨et natus ti, unde hec natura⟩ $P_1$ **16** cognati: nati $P_1$ / desunt filii: deest filius $P_1$ ⟨inde hec cognata te, et hec agnata te⟩ H **19** adverbium ⟨Item a nascor hic natis huius natis⟩ $P_1$ *om.* I **22** *om.* $V_1$

*375 M.*

N x [1] **Nasus** si secundum quosdam dicitur a nando eo quod semper net .i. fluat putredine, cuius recta pars dicitur columpna extrema perula os tenellum cartilago, [2] inde hic **nasiculus** li, [3] et **nasicellus** li ambo diminutiva, [4] et hec **naris** ris, [5] et **nasosus** a um .i. magnum habens nasum, [6] quod etiam **nasutus** a um, unde Horatius in sermonibus verum depingis nasuta; [7] et hoc **nastale** lis .i. fibula que restringit pallium circa collum, unde Iosephus in tertio annalium et nastale ex utraque parte vestimentum eiusdem a parte pectoris et scapularum astringunt. [8] Nasus componitur hoc **nasturcium** ii .i. quedam herba et dicitur nasturcium quasi nasum torquens.

N xi [1] **Nomen** nis, [2] inde **nomino** as verbum activum, [3] unde **nominatus** a um, [4] et hec **nominatio** nis, [5] et **nominativus** a um, [6] et **nominatim** adverbium, unde in evangelio proprias oves vocat nominatim. [7] Item ab hoc nomine **nominosus** a um .i. famosus, [8] unde **nominose** adverbium, [9] et per compositionem hec **ignominia** e .i. aspernatio, [10] unde **ignominiosus** a um, [11] et **ignominiose** adverbium. [12] Nomen componitur **binomen** nis, [13] et **trinomen** nis, [14] unde **binomius**, [15] et **trinomius**. [16] Componitur quoque **pronomen** nis, [17] et **agnomen** nis, [18] unde **agnomino** as, [19] et **cognomen** nis, [20] unde **cognomino** as.

N xii [1] **Ningit** verbum defectivum, [2] inde **nivasco** is verbum incoativum, [3] et **ningidus** a um, [4] vel **ninguidus**, unde Prudentius in libro ymnorum im-

---

N x 6 Hor. *serm.* I 2, 92-93 verum | depugis nasuta 7 Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* III 7 *B.*: et nastali ex utraque parte ora eiusdem vestimenti a parte pectoris et scapularum astringunt

N xi 6 Ioh. X 3

N xii 4 Prud. *cath.* V 97: inplet castra cibus tunc quoque ninguidus

---

N x **1** Nasus *et s.l.* hic H / nando (*Mai*): mando $V_1$ / columpna: colupna I columna $V_1$ / perula: penista $P_1$ / cartilago ⟨et illa ossea teneritudo que dolore caret dum flectitur⟩ $P_1$ **2** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **3** et: vel $\pi M_1$ / ambo diminutiva: secundum diminutivum $P_1$ **5-6** *om.* I **6** depingis: depigis $P_2$ / nasuta: nasutum $P_1$ **7** nastale: nastrale $IM_1$ *Mai* / pallium *om.* I / unde ... astringunt *om.* $P_1$ / tertio: IIII $M_1A$ / a parte *om.* A / astringunt: astringit $AP_2$ **8** torquens ⟨et hic Naso nis .i. Ovidius maior⟩ $P_1$

N xi **5-6** *om.* I **6** unde ... nominatim *in marg.* $V_1$ / proprias oves vocat: vocat oves proprias $P_1$ **7-8** *in marg.* $V_1$ **13** trinomen: trinomis ⟨Ovidius [*Pont.* I 8, 11] stat vetus urbs ripe binomis histri⟩ $P_1$ **15** trinomius ⟨a um .i. duorum et trium nominum⟩ H **16** quoque: etiam $P_1$ ⟨nomen⟩ I / nis ⟨unde pronomino nas⟩ H **18-19** *mutato ordine* $P_1$ **18** as ⟨et ab his verbalia⟩ $P_1$ **19-20** *om.* I **19** *ad* 16 *post* quoque φ **20** *om.* $IP_1$ / cognomino (*Mai*): connomino cognomino $V_1$ / as ⟨pronomen nis, unde pronomino nas. Nomino componitur denomino nas, renomino nas, adnomino nas, et ab istis verbalia⟩ H

N xii **1** Ningit: Ninguit $V_1I$ ⟨vel ninguit⟩ H / defectivum ⟨.i. nivem pluere⟩ H **2** *post* 8 H / nivasco: nivesco $M_1A$ *Mai* nigesco $P_1$ **4** vel ninguidus: vel nigridus $P_2$ vel nigidus ⟨nivi similis⟩ $P_1$ *om.* *Mai* / in libro ymnorum: in imnis $P_1$ /

*375 / 376 M.*

plet quoque castra cibus ninguidus; [5] et hec **nix** vis, [6] unde **niveus** a um, [7] et **nivosus** a um .i. nive plenus, [8] et hic et hec **nivalis** et hoc nivale.

[1] **Novem** nomen indeclinabile, [2] inde **nonus** a um, [3] et **novenus** a um, N xiii
[4] et **novies** adverbium, [5] et **nonaginta** indeclinabile, [6] unde **nonagenarius** a um, [7] et **nonagenus** a um, [8] et **nonagies** adverbium .i. per nonaginta vices. [9] Item a novem hec **nona** e pro quadam hora diei, [10] inde hec **nonaria** e .i. meretrix quelibet que post nonam dabatur iuvenibus, unde Persius si cinico barbam petulans nonaria vellat. [11] Novem componitur **nongenti** e a .i. novies centum.

[1] **Novus** a um comparatur novior novissimus, [2] unde **nove** secundum N xiv
analogiam adverbiorum sed non est in usu, [3] sed in loco eius dicimus **noviter** novius novissime, [4] et hec **novitas** tis, [5] et **novicius** a um, [6] quod aliter dicitur **nuperus** a um tractum ab hoc adverbio quod est nuper, unde Plautus in captivis postulavisti hominem nuperum atque novicium; et dicitur nuperus nuper adveniens novicius autem ad nova paratus, [7] et **novo** as verbum activum, [8] quod componitur **innovo** as, [9] et **renovo** as, et ab istis verbalia. [10] Item ab hoc nomine quod est novus hoc **novaculum** li .i. rasorium quia novat hominem, [11] et **novellus** a um, [12] et hoc **novale** is .i. ager qui singulis annis renovatur, unde Virgilius in bucolicis impius hec tam culta novalia miles habebit.

---

**10** Pers. I 133 N xiii

**6** Plaut. *capt.* 717-718: postulavisti et die|recens captum hominem, nuperum, novicium N xiv
**12** Verg. *buc.* I 70

---

cibus ninguidus: cibus ningridus $P_2$ cibus nigidus $P_1$ **6** um ⟨.i.albus sicut nix⟩ H **8** nivale ⟨.i. nivosus, unde Claudianus [*carm.* XI 31-34] tu si nivali caucasi sevas petisses pulcher amazonas peltata cohors pugnas desereri sexu recepto; et nivasco cis verbum incoativum⟩ H

**2** nonus: novus A *Mai* **3** *om.* $V_1$ / um ⟨et novenarius⟩ H **4** adverbium ⟨et novenarius a um⟩ φ **5** nonaginta ⟨nomen⟩ **6-7** *mutato ordine* φ **6** nonagenarius: nonagerius $V_1$ **7** *post* 5 φ **8** nonaginta (*Mai*): nonagintas $V_1$ **10** dabatur: datur $M_1$A / petulans: petulas A **11** Novem ⟨pluraliter⟩ H / nongenti ⟨indeclinabile⟩ $V_1$I / e a *om.* $V_1$Iφ N xiii

**1** novissimus ⟨et secundum sensum comparatio est anomala non secundum litteram⟩ H **2-3** nove ... dicimus *om.* I **2** adverbiorum *om.* $P_1$ **3** sed in loco eius: cuius in loco $P_1$ φ / novissime ⟨adverbia⟩ $P_1$ **6** nuperus: nupertus A / in captivis *om.* $P_1$ / atque ... paratus *om.* $P_1$ / et: quod I / nuperus: nupertus A ⟨quasi⟩ I φ / adveniens: veniens φ / autem: quasi φ / paratus ⟨vel noviter veniens⟩ H **7** verbum activum: neutrum $P_1$ *om.* φ **9** as ⟨verbum activum⟩ $P_1$ **10** hoc novaculum li: hec novacula le $HP_1$ **11** um ⟨.i. aliquantulum novus⟩ H **12** qui: quod in $P_1$ renovatur: novatur $P_1$ *ante corr.* / tam ⟨bene⟩ $V_1$ / novalia (*Mai*) *om.* $V_1$ / habebit ⟨et a novo hec novacula cum qua perhabebat $P_2$ N xiv

N xv [1] **Nuo** is .i. annuere sed non est in usu, [2] inde hic **nutus** ui, [3] et hoc **numen** nis quasi dei nutus, [4] et **nuto** as .i. dubitare, [5] unde **nutabundus** a um .i. dubius et incertus, [6] et inde **nutabunde** adverbium. Aliquando autem nutare dicitur pro signare sicut facit quis cum loquitur cum digitis, [7] et tunc inde dicitur hoc **nutamen** nis .i. nutus et assignamen, [8] et **nutanter** adverbium .i. dubitanter vel assignanter, [9] et **nutatim**, [10] vel **nutim** .i. de nutu in nutum quando quis semper per nutus loquitur. [11] Nuto componitur **adnuto** as .i. annuere vel assignare, unde Plautus alii adnutat alii adnicitat alium tenet alium amat; et inde verbalia. [12] Nuo componitur **annuo** is, [13] et **innuo** is, [14] et **renuo** is, [15] et **abnuo** is ambo pro refutare. [16] Componitur quoque nuo **connuo** is .i. annuere, [17] quod aliter dicitur **conniveo** es, unde Prudentius in sicomachia connivente oculo predarum ad gaudia flectit; hinc etiam Persius ve nisi connives oleum artocreasque popello; [18] et inde **conniventer** adverbium .i. annuenter obedienter, [19] et hec **conniventia** e .i. obedientia annuentia collibentia.

N xvi [1] **Nepos** tis secundum quosdam dicitur a nascor et dicitur nepos quasi natus post, [2] et inde hic **nepotulus** li .i. parvus nepos, [3] et hec **nepotatio** nis .i. luxuria vel prodigalitas, [4] sicut etiam **nepotes** quandoque pro luxuriosis vel pro prodigis dicuntur. [5] Nepos componitur **pronepos** .i. tam coniuncte cognationis ut sit prope nepotem, [6] **abnepos** qui seiungitur a nepote, [7] **adnepos** .i. abnepotis filius, [8] **trinepos**, [9] vel **tetranepos** .i. adnepotis filius.

N xvii [1] **Numerus** ri ut quidam volunt dicitur a Numeria dea numeri vel a Numa Pompilio qui primus reperit numeros apud Romanos, [2] inde **numero-**

---

N xv **11** Plaut.] Naev. *com.* 76 Ribb.[3] **17** Prud. *psych.* 453: conivente oculos praedarum ad gaudia flectit Pers. VI 50: vae nisi conives...

---

N xv **1** is ⟨nutum tu neutrum⟩ $P_1$ **2** inde ⟨dicitur⟩ $V_1$I ⟨venit⟩ $M_1$A **4** et ⟨a supino⟩ $P_1$ / dubitare: dubito $P_1$ **5** et incertus *om.* I **6** autem: etiam $P_1$ *om.* I / ⟨quando⟩ cum φ / loquitur: loquar $P_2$ / cum *om.* $P_1$ **7** dicitur: venit $M_1$A / et: vel I *Mai om.* φ **9** nutatim: mutatim $V_1$ *ante corr.* **10** nutim (*Mai*): mutim $V_1$ / nutu: nuto $V_1$ *ante corr.* **11** adnutat: adnutant A / alii (*Mai*) *om.* $V_1$ / adnicitat ... verbalia: et cetera I **12** annuo *et s.l.* .i. concedere H / is ⟨.i. demonstrare⟩ H **16** .i. annuere *om.* $P_1$ **17** conniveo es (*Mai*): connivo es I connuo is $V_1$ connueo es A / predarum: preclarum φ / hinc etiam *om.* $P_1$ / oleum: olearum I oculum $P_1$ / artocreasque: ortocreasque I **18** conniventer: coniuncter A **19** obedientia ⟨assensus⟩ H / collibentia: conibentia H

N xvi **2** .i. parvus nepos: diminutivum I$P_1$ ⟨et dicitur etiam nepa pro serpente quodam, unde et nepos et pro luxurioso et pro prodigo dicitur⟩ $P_1$ **3** nepotatio: nepotio I **4** *om.* $P_1$ / sicut: sic H / luxuriosis: luxuria I / pro *om.* φ **5** nepotem: nepote ⟨vel proximus⟩ $P_1$ **7** adnepos: abnepos $P_2$ / abnepotis: abneptis $P_1$ **9** .i. adnepotis filius *post* 8 φ / adnepotis: adneptis I / filius ⟨Item a nepos hec neptis tis quod componitur proneptis, abneptis, adneptis, trineptis. Invenitur etiam nepotare pro luxuriare, unde verbalia⟩ H

N xvii **1** ut quidam volunt *om.* $P_1$ / Pompilio: Pompilione $V_1$I / primus: primum $P_2$ primo $M_1$A / reperit: invenit $P_1$ / numeros: numerum $P_1$ / Romanos: Latinos $P_1$

**sus** a um, [3] et **numerose** adverbium, [4] et hec **numerositas** tis, [5] et **numerarius**, [6] et hec **numella** e .i. quoddam genus cathenarum innumeris maculis contextum, unde Plautus in asinaria catenas carceres numellas boias ibo adversum. Item ab hoc nomine quod est numerus dicitur **numero** as, [8] unde **numerator**, [9] **numeratus**, [10] **numeratio**, [11] **numerabilis**, [12] unde **numerabiliter** adverbium, [13] et componitur **innumerabilis**, [14] et **innumerabiliter** adverbium. [15] Numero componitur **annumero** as, [16] **dinumero** as, [17] **enumero** as, [18] **connumero** as, et ab istis verbalia. [19] Sic etiam numerus componitur **innumerus** a um.

[1] **Nubo** is nupsi tum tu verbum neutrum, [2] inde hic et hec **nubilis** et hoc nubile, [3] unde **nubiliter** adverbium, [4] et pluraliter he **nuptie** arum, [5] unde hic et hec **nuptialis** et hoc nuptiale, [6] et **nuptialiter**, [7] et **nuptiole** arum .i. parve nuptie, [8] et **nuptus** a um, [9] unde hoc **nuptatorium** rii .i. domus vel locus ubi nubitur, [10] et per compositionem hoc **connubium** bii .i. coniunctio viri et femine quod et pro nuptiis quandoque dicitur. [11] Hinc etiam dicitur hec **pronuba** be per compositionem .i. illa que assistit mulieri nubenti, [12] et hec **innuba** be .i. illa que nondum nupsit. [13] Et sciendum quod hoc verbum **nubo** dicitur quandoque pro tegere quod etiam in compositione eius apparet, unde Statius Tebaidos obnubitque comas et temperat astra galero; [14] et tunc inde dicitur hec **nubes** is quia nubit .i. tegit celum, [15] unde hec **nubecula** e .i. parva nubes, [16] et **nubidus** a um .i. obscurus, [17] quod etiam **nubilus** a um dicitur, [18] et inde **nubilosus** a um, [19] et **nubilose** adverbium, [20] et **nubilo** as .i. spissum facere, [21] et per compositionem **obnubilo** as .i. obscurare, [22] et inde **obnubilatus**, [23] **obnubila-** N xviii

---

5 Plaut. *asin.* 549: catenas, carceres, numellas, pedicas, boias N xvii

13 Stat. *Theb.* I 305 N xviii

---

**3-5** *om.* $P_1$ **6** innumeris: numerus I / maculis: masculis $M_1$A nostraculis I / contextum: contectum A / in asinaria *om.* $P_1$ / boias: boas $P_1$ / ibo adversum *om.* $P_1$ **7** as ⟨verbum activum⟩ H ⟨activum⟩ $P_1$ **8** numerator ⟨numeratrix⟩ H *om.* $M_1$A **15-18** *alio ordine* $P_1$ **16** dinumero: denumero A$P_2$ **18** connumero as *om. Mai* **19** Sic etiam: Sic $P_1$ *om.* φ

**1** neutrum ⟨et pertinet tantum ad mulieres ⟩ H **2-4** *post* 9 H **4** pluraliter *om.* I **5** *om.* HI **6** *om.* H **7** .i. parve nuptie: diminutivum $P_1$ **8-9** *post* 1 H **8** nuptus a um: hic nuptus tus tui H / Nuptus componitur innuptus .i. illa que non nupsit, unde Virgilius libro IIII georgicorum [IV 475-477] matres atque viri defunctaque corpora vita magnanimum heroum pueri innupteque puelle impositique rogis iuvenes ante ora parentum *in marg.* H **9** nuptatorium: nuptorium H$P_1$ / nubitur ⟨Item a nubo hec nupta te⟩ H **10** viri (*Mai*): maris $P_1$ *om.* $V_1$ / nuptiis: nuptus $P_1$ / quandoque: quando I quoque $P_1$ **11** illa: Iuno vel aliqua $P_1$ / assistit: astat φ / Claudianus de raptu Proserpine [II 361-362] Iam suus infernus processerat Hesperus orbi ducitur in epithalamium virgo stat pronuba iuxta *in marg.* H **13** quandoque: quando I aliquando φ *om.* $P_1$ / etiam *om.* $P_1$ / apparet: appartet A / Statius ⟨in libro⟩ $V_1$ **14** quia: qui $P_2$ / nubit .i.: nubitu $P_1$ **15** .i. parva nubes *om.* $P_1$ **17** dicitur (*Mai*) *om.* $V_1$

**tio**, [24] et hoc **obnubilamen** nis .i. obscuritas. [25] A nube quoque secundum Ysidorum hec **nebula** e, [26] et hec **nix** vis quia ambo a nube descendunt, [27] et a nebula **nebulosus** a um, [28] et **nebulose** adverbium, [29] et hic **nebulo** nis .i. ille qui vanus est ut nebula. [30] Nubo componitur **connubo** is, [31] et **obnubo** is.

N xix [1] **Neufresis** is feminini generis dicitur dolor laterum, [2] inde **neufreticus** a um qui illum dolorem habet, unde Macer de viribus herbarum idem neufreticis elixum sumere iussit. [3] Hinc etiam secundum quosdam dicimus **nefrendes** um .i. teneros infantes qui hunc dolorem sepius patiuntur, alii autem dicunt nefrendes infantes quasi nondum frendentes.i.nondum dentibus concutientes, unde Nevius quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem.

N xx [1] **Nuntio** as verbum activum, [2] inde **nuntiator**, [3] **nuntiatus**, [4] **nuntiatio**, [5] hic **nuntius**, [6] unde hec **nuntia** e, [7] et hic **nuntiolus** li. [8] Nuntio componitur hic **internuntius** ii .i. ille qui inter duas partes aliquid nuntiat, [9] et hic **prenuntius** ii, [10] et hic **annuntius** ii ambo pro hoc nomine quod est nuntius; invenimus quoque utraque nomina mobilia, unde Ambrosius super Egisippum irridebant prophetarum annuntia fas omne calcabant. [11] Nuntio componitur **denuntio** as quod et pro nuntiare et pro prohibere dicitur, [12] **prenuntio** as, [13] **annuntio** as, [14] et **renuntio** as, [15] quod componitur **abrenuntio** as .i. renuntiare, [16] **pronuntio** as, [17] **subnuntio** as, et ab omnibus istis verbalia.

---

**25** *cf.* Isid. *orig.* XIII 10, 10 **26** *cf.* Isid. *orig.* XIII 10, 6

N xix **2** Macer = Odo Magd. 179: Idem nefreticis ... iussit **3** Naev.] Liv. Andr. *trag.* 38 Ribb.[3]

N xx **10** Ambrosius = Heges. V 2, 1: inridebant prophetarum adnutationes, fas omne calcabant

---

**24** obnubilamen: nubilamen φ **25** quoque *om. Mai* **26** ambo: ambe H / ⟨vel⟩ a I / descendunt ⟨vel nix a ningit ut supra⟩ H **29** ille *om.* $P_1$ / qui: quia $M_1$ / ⟨vagus vel⟩ vanus $P_1$ / nebula ⟨unde Horatius in epistolis [I 2, 28] nebulones Alcinoique⟩ H **31** is ⟨et ab hiis verbalia⟩ H

N xix **1** Neufresis: Nefresis $P_2$ *et s.l.* hec H / feminini: feminino *Mai* femini $P_2$ / generis: genere *Mai* / laterum: renum $M_1A$ **2** neufreticus: nefreticus $V_1P_2$ nephreticus *Mai* / de viribus herbarum *om.* $P_1$ / idem ... iussit *om.* $M_1A$ / idem: in $P_2$ inde I / neufreticis: nephreticis *Mai* nefreticus $IP_2$ / iussit: vixit $P_2$ **3** Hinc *om.* I / nefrendes: neufrendes $IM_1A$ *Mai* neufredes $V_1$ nefredines $P_1$ / teneros: teneri φ tenerum $P_1$ / autem *om.* φ / nefrendes (*Mai*): neufredes $V_1$ neufrendes I nefrendines $P_1$ / nondum frendentes: nundum fredentes $P_2$ / concutientes ⟨cibum⟩ H / ego nefrendem alui: nefrendem ego alui $P_1$ ego nefrend't alui A (*vix legitur*) / lacteam: lactram $P_2$ / immulgens: mulgens $P_1$ / opem ⟨dicitur etiam nefrendis porca per antifrasim quia valde frendet⟩ φ

N xx **2** nuntiator ⟨ris, et nuntiatrix⟩ H **6-7** *mutato ordine* H **6** e ⟨et hoc nuntium tii⟩ H **8** componitur ⟨internuntio as, inde⟩ H / ille *om.* H **10** utraque *om.* $P_1$ / nomina ⟨prenuntius, et annuntius⟩ $P_1$ / irridebant: irridebat A / ⟨et⟩ fas $P_1$ **11-17** *alio ordine* $HIP_1$ **11** *om.* $P_1$ / et pro: et I **12-13** *post* 8 H **14** as ⟨.i. iterum nuntiare vel abrenuntiare⟩ H **15** .i. renuntiare: .i. abnegare refutare aliquid dicendo spernere H .i. abnego $P_1$ *om.* φ

*379 / 380 M.*

[1] **Nugor** aris verbum deponens, [2] **nugator**, [3] **nugatus**, [4] **nugatio**, [5] **nugatorius** a um, [6] et **nugatorie**, [7] et **nuganter** adverbia, [8] et hec **nuga** ge .i. derisio, unde Plautus in Amphitrione quod intelligere quisque potest ita nugas blattis; [9] et inde hec **nugula** le, [10] et hec **nugella** le ambo diminutiva, [11] et **nugosus** a um .i. nugis plenus, [12] unde **nugose** adverbium, [13] et hec **nugositas** tis, [14] et hic et hec et hoc **nugax** cis quod comparatur nugacior nugacissimus, [15] unde **nugaciter** nugacius nugacissime adverbia, [16] et hec **nugacitas** is, [17] et **nugaculus** a um .i. aliquantulum nugax. [18] Nuga componitur **nugiger** a um .i. gerens nugas, [19] et inde **nugigerulus** a um diminutivum. [20] Componitur quoque **nugicanus**, [21] et **nugidicus**, [22] et **nugisonus**, [23] et **nugiparus** .i. nugas pariens. [24] Nugor componitur **adnugor** ris, et inde verbalia. N xxi

[1] **Nitor** ris verbum deponens et facit preteritum nisus sum, quando dicitur pro roborare, [2] et tunc inde venit **nisus** a um, [3] et hic **nisus** ui, [4] et hic **nisus** si pro ave que alio nomine accipiter dicitur, quando vero dicitur pro parere tunc facit preteritum nixus sum, [5] et tunc inde dicitur hic **nixus** ui .i. partus. [6] Nitor componitur **adnitor** is, [7] et **connitor** is ambo pro adiuvare, [8] **innitor**, [9] et **subnitor** ambo pro fulcire, [10] **renitor**, [11] et **abnitor** ambo pro resistere vel pro renuere, [12] **enitor** foras emittere, et ab omnibus istis verbalia. N xxii

[1] **Nodus** di, [2] unde hic **nodulus** li, [3] et hic **nodellus** li ambo diminutiva, [4] et **nodosus** a um .i. nodis plenus, [5] unde **nodose** adverbium, [6] et hec **nodositas** tis, [7] et **nodo** as .i. ligare, [8] unde **nodatus**, [9] **nodatio**, [10] **nodabilis**, N xxiii

---

8 Plaut. *Amph.* 626: qui, malum, intellegere quisquam potis est? ita nugas blatis

---

**1** deponens ⟨inde verbalia⟩ $V_1$I **2** *om.* $\varphi$ / nugator ⟨ris, et nugatrix cis⟩ H **3** nugatus ⟨ta tum⟩ H **8** ⟨mendacium vel⟩ derisio $P_1$ / in Amphitrione *om.* $P_1$ / quisque: quisquam $P_2$ quicumque $P_1$ / blattis: blactis $P_1$ ablactis I **9** le ⟨diminutivum⟩ $M_1AP_1$ **10** et: vel $V_1IP_1$ / nugella (*Mai*): nigella $V_1$ / ambo diminutiva: diminutivum $P_1$ **11** .i. nugis plenus *om.* $P_1$ **17-19** .i. aliquantulum ... um *om.* $M_1$A **17-18** aliquantulum ... um *om.* *Mai* **17** .i. aliquantulum nugax: diminutivum $P_2$ **20** quoque: etiam I *om.* $P_1$ / nugicanus: nugiganus $M_1$A nugigcanus $P_2$ nugigarius $P_1$ **21** *om.* $\varphi$ / nugidicus ⟨.i. nugas canens et dicens⟩ H **22** *post* 20 $P_2$ / nugisonus ⟨na num .i. nugas sonans⟩ H **23** pariens ⟨vel parans nugas⟩ $P_1$ N xxi

**1** et facit preteritum *om.* $\varphi P_1$ / sum ⟨nisum su⟩ $P_1$ / quando: quandoque I / roborare: labore $P_1$ conari $M_1$A **3** *om.* $P_2$ **4** et hic nisus si *om.* A / nomine: modo $\pi$ / parere: parare $M_1$ / nixus: nixum $V_1$ / sum ⟨et supina nixum xu⟩ $P_1$ ⟨xu⟩ *Mai* **5** dicitur: venit $M_1$A / ⟨nixus a um⟩ hic $P_1$ / partus ⟨Dicitur nixus pro stultus, unde Boethius de consolatione [I 5, 21] qui (quid A) perpetuo nixus solio⟩ $M_1$A **7** ambo *om.* $P_1$ **9** fulcire: fulsire $P_1$ **11** abnitor: obnitor $P_1$ / vel pro renuere *om.* *Mai* / pro *om.* $HP_1$ / renuere: renitere $M_1$ **12** emittere ⟨parere⟩ H N xxii

**1** Nodus *et s.l.* hic H **2** li ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **3** et ... li (*Mai*) *om.* $V_1$ / ambo diminutiva: diminutivum $P_1$ **4** .i. nodis plenus *om.* $AP_1$ **7** as ⟨verbum activum⟩ H **8** unde ⟨nodator, nodatrix⟩ H N xxiii

[11] unde **nodabiliter**, [12] et **nodatim** adverbia, [13] et hoc **nodamen** nis. [14] Nodo componitur **enodo** as .i. exsolvere, [15] **annodo** as .i. ligare, et ab istis verbalia. [16] Nodus componitur hic et hec **trinodis** is, [17] et hic et hec **enodis** is .i. extra nodum, unde Ovidius metamorphoseos in decimo enodisque abies curvataque glandibus ilex. [18] Componitur quoque nodus hoc **internodium** ii .i. illud grossum os quod est in genu et dicitur internodium quia nodat simul crus et tibiam, unde Ovidius metamorphoseos in VI mollia nodosis facit internodia poples.

N xxiv [1] **Nutrio** is nutrii vel nutrivi tum tu verbum activum, [2] inde hic **nutritor** ris, [3] et **nutritorius** a um, [4] et hec **nutrix** cis per sincopam quia si diceremus nutritrix secundum analogiam absonum esset, [5] et inde hec **nutricula** e, [6] et **nutrititius** a um, [7] et hoc **nutrimen** nis, [8] et hoc **nutrimentum** ti, [9] et **nutrico** as .i. nutrire, et inde verbalia. [10] Nutrio componitur **enutrio** is, et inde verbalia.

N xxv [1] **Neo** es vi tum tu .i. filare, [2] inde **netus** a um .i. filatus, [3] et hic **netus** ui .i. filamen, unde Martianus ex candentis bissi netibus videbatur. [4] Neo componitur **perneo** es.

N xxvi [1] **Nauci** nomen indeclinabile .i. putredo illa nucis in qua nucleum involvitur quod quidem nihil valet et ideo pro nihilo ponitur, unde Plautus qui homo timidus non erit in rebus dubiis non erit nauci; [2] et componitur **naucipendo** is, [3] et **naucifacio** is ambo pro parum appretiari.

---

N xxiii **17** Ov. *met.* X 94 **18** Ov. *met.* VI 256: mollia nervosus facit internodia poples

N xxv **3** Mart. Cap. II 114

N xxvi **1** Plaut. *most.* 1041: Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit (*cf.* Prisc. *G.L.K.* I p. 204, 15 H.)

---

**13** *post* 9 I / nodamen nis: nodatum $P_2$ **14** as ⟨et denodo das ambo pro⟩ H / exsolvere: exolvere H solvere $P_1$ **15** annodo *et s.l.* innodo $M_1$ / as ⟨et innodo das ambo pro⟩ H / ligare: litigare $P_1$ **16-17** hic ... is et *om. Mai* **17** metamorphoseos in decimo *om.* $P_1$ / enodisque abies *om.* I / curvataque: curvantibus $V_1$ *ante corr.* / glandibus: grandibus $P_1$ **18** metamorphoseos in *om.* $P_1$ / VI: VII $IV_1$ tercio $P_1$ / mollia: mellia $P_1$ / poples: poplex A poblex $M_1$

N xxiv **1** nutrii vel *om.* $IP_1$ **5** e ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **8** ti ⟨et hec nutritura⟩ $P_1$ **9** .i. nutrire *om.* $P_1$

N xxv **1** tu ⟨verbum neutrum⟩ $V_1$ **3** filamen: filatum H / candentis: candentibus $P_1$ / bissi: byssi *Mai* **4** es ⟨unde verbalia⟩ H

N xxvi **1** quidem *om.* $P_2$ / ideo: imo $V_1I$ / ponitur (*Mai*): ponit $V_1$ / qui homo: homo qui $P_1$ quare homo $V_1IM_1$ / timidus: tumidus $V_1I$ ⟨est⟩ $P_1$ / non ... dubiis *om.* $V_1M_1$ / erit: erat ⟨aptus⟩ $P_1$ / non: sed $P_1$ / erit *om.* H **2** naucipendo (*Mai*): naucipando $V_1$ / is ⟨.i.vilipendere⟩ $P_1$ **3** is...appretiari: idem $P_1$ / appretiari: appretiare H

*381 M.*

[1] **Narro** as verbum activum, [2] inde **narratus** a um, [3] **narratio**, [4] et hec **narratiuncula** le, [5] et hic **narratus** ui, [6] et **narrito** as verbum frequentativum. [7] Narro componitur **enarro** as, [8] unde hic et hec **enarrabilis** et hoc enarrabile, [9] quod componitur **inenarrabilis**, [10] unde **inenarrabiliter** adverbium. N xxvii

[1] **Nervus** vi, [2] inde **nervicosus** a um .i. fortis quod et quandoque pro superbus dicitur, [3] et inde **nervicose** adverbium, [4] et **nervo** as quod non est in usu, [5] sed componitur **enervo** as .i. exsolvere, unde Ovidius de remediis enervant animos citareque iocique lireque; et inde verbalia, [6] et hic et hec **enervis** et hoc enerve .i. sine nervo, [7] unde **enerviter**, [8] et **enervitus** adverbium .i. solute vel solubiliter. N xxviii

[1] **Nauseo** as .i. vomere verbum neutrum, unde Horatius in epistolis nauseat ac locuplex quem ducit prima triremis; [2] inde hec **nausea** e .i. vomitus, [3] et hec **nauseola** le. N xxix

[1] **Nummus** mi, [2] inde hic **nummulus** li, [3] et hic **numullus** li ambo diminutiva, [4] et **nummosus** a um, [5] et hic **nummularius** rii .i. monetarius, [6] et hoc **nummisma** tis. N xxx

---

5 Ov. *rem.* 753: enervant animos citharae lotosque (citharaeque iocique (*var. l.*) lyraeque N xxvii

1 Hor. *epist.* I 1, 93: nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis N xxix

---

2 inde ⟨hic narrator ris, et hec narratrix cis, et⟩ H ⟨narrator⟩ $P_1$ **4** et: unde $V_1$ / le ⟨diminutivum⟩ $P_1$ **5** *post* 3 H / ui ⟨et hic et hec narrabilis et hoc narrabile⟩ H **9** *om.* A **10** inenarrabiliter: enanabiliter $V_1$ / adverbium ⟨Narro componitur renarro. Nequam omnis generis et indeclinabile, et componitur nequior nequisssimus, unde nequitia e, et nequiter adverbium, et nequitosus a um. Nuncupo as avi, a quo verbalia. Nego as avi, a quo verbalia, componitur abnego, denego⟩ $P_1$ N xxvii

2 ⟨nervosus a um .i. plenus nervis, et⟩ nervicosus H / .i.: pro $P_1$ / et *om.* φ / quandoque *om.* $P_1$ **5** .i. exsolvere: .i. resolvere ⟨debilitare effeminare⟩ H *om.* $P_1$ / unde Ovidius de remediis *om.* $P_1$ **6** nervo: nervis φ ⟨.i. sine formidine⟩ $P_1$ **8** enervitus: enervius *Mai* / solute: resolute H / solubiliter ⟨Componitur etiam subnervo as .i. nervo abscidere, unde dicitur [*Ios.* XI 9] equos eorum subnervavit; et inde verbalia⟩ H N xxviii

1 verbum neutrum *om.* φ / in epistolis (*Mai*): in epico $V_1$I *om.* $P_1$ / ac: at I ut φ *et s.l.* sicut H / locuplex: locuples $M_1P_2$ *et s.l.* locuples H / prima: *et s.l.* propria H **2** vomitus ⟨unde Ovidius de remediis [356] non semel in stomacho nausea facta meo est⟩ H **3** le ⟨diminutivum⟩ $HP_1$ ⟨vel (ut $M_1$) secundum phisicos nausea est voluntas vomendi sine effectu (affectu A)⟩ φ N xxix

3 numullus (*Mai*): numillus $V_1$H nummullus $AP_2P_1$ / ambo *om.* $IP_1$ / diminutiva: diminutivum $P_1$ **4** um ⟨.i. nummis plenus⟩ $\pi P_2$ **5** .i. monetarius ⟨et nummularia lex de nummis⟩ $P_1$ *om.* *Mai* **6** tis ⟨.i. moneta impressa numero⟩ $P_1$ N xxx

*381 / 382 M.*

N xxxi [1] **Necesse** indeclinabile aliquando ponitur pro inevitabili sicut dicimus necesse est hominem mori, aliquando pro utili sicut dicimus necesse est hominem ieiunum comedere, [2] inde **necessarius** a um .i. utilis, [3] unde **necessarie,** [4] et **necessario** adverbia, [5] et hec **necessitas** tis, [6] et hec **necessitudo** nis. [7] Necessarius componitur **pernecessarius,** [8] et **quamnecessarius** ambo pro valde necessarius.

N xxxii [1] **Nudus** a um, [2] inde **nudulus** .i. ex toto nudus, [3] et hec **nuditas** tis, [4] et **nudo** as verbum neutrum, inde verbalia, [5] et componitur **enudo** as, [6] et **denudo** as, et ab istis verbalia. [7] Nudus componitur **nudipes** dis, [8] et inde hec **nudipedalia** e .i. nuditas.

N xxxiii [1] **Nevus** vi .i. culpa offensa, [2] inde hic **nevulus** li diminutivum, [3] et **nevosus** a um, [4] unde **nevose** adverbium, [5] et hec **nevositas** tis.

[1] Natitare, sepe natare.
[2] Nabundus, nabilis ad natandum habilis.
[3] Nabulum, merces nautica, unde quidam nabulum stabulum breviabo.
[4] Natatorium, locus in aqua ubi frequenter natatur.
[5] Natatilis, natabilis.
[6] Natrix, serpens aquaticus qui veneno suo inficit aquas. Lucanus et natrix violator aque.

---

**3** *non repperi* **6** Lucan. IX 720

---

N xxxi **1** Necesse ⟨est⟩ $V_1IM_1$ ⟨nomen⟩ $P_1$ / indeclinabile ⟨et neutri generis⟩ H / aliquando ... comedere *post* 8 H / aliquando ponitur *om.* $P_1$ / sicut: ut $P_1$ / dicimus *om.* $P_1$ / est *om.* $AP_1$ **3-4** *mutato ordine* H **8** necessarius ⟨Sciendum quod necesse vel necessarius diversis modis accipitur, ponitur enim pro inevitabili vel pro utili verbi gratia necesse est hominem mori, inevitabile et necesse est hominem ieiunum comedere .i. utile⟩ H

N xxxii **2** .i. ... nudus *om.* $M_1P_2$ **4** neutrum: activum $HM_1P_1$ / inde verbalia *om. Mai* **5-6** *mutato ordine* $P_1$ **5** *om. Mai* **6** et denudo as *om. Mai* **6** denudo: denuo A **7** *om.* $IM_1$ / dis ⟨.i.nudus pedibus⟩ H **8** .i. ⟨pedum⟩ $P_2$ / nuditas ⟨pedum⟩ $P_1$

N xxxiii **1** culpa ⟨vel⟩ H / offensa ⟨vel macula⟩ H **3** nevosus: novosus A / um ⟨.i. nevo plenus⟩ $\pi P_2$ **4** nevose: novose A **5** nevositas: novositas A / tis ⟨Nemo ni nemine et est communis generis et dicitur nemo quasi ne homo .i. nullus homo⟩ H
Explicit tractatus primus de -N- littera H

Incipit secundus de eadem H
Repetitiones -N- *Mai*

**1-140** (praeter 3, 134, 109) *om.* $M_1A$ **1** natare⟨vel nare⟩$P_2$ **2** natandum (*Mai*): notandum $V_1$ nandum HI **4-5** *mutato ordine* $P_1$ **4** in aqua *om.* I **5** Natatilis: Natilis $V_1I$ **6** Lucanus ... aque *om.* I *Mai* / natrix: serpens $V_1$ / aque: aquarum ⟨iaculique volucres ⟩ $P_1$

*382 / 383 M.*

7 Navicella, navicula, raticula, puppicula, carinula, legiola, lembulus, caudea, scapha, carabus, cimba, lintris, liburnis, faselus, cumba.
8 Naumachium, exercitatio illa que agitur in navi.
9 Naufragium, navis fractio.
10 Naulum, pretium quod datur pro transmeatione. Iuvenalis furor est post omnia perdere naulum.
11 Navita, nauta, navicularius, gubernator, gubernio, nauclerus.
12 Nauclerus, qui navem habet in sortem quia [12a] cleros sors dicitur.
13 Naupicus, navis pater.
14 Navarcus, princeps navis quia [14a] archos princeps dicitur.
15 Nicticorax, vigilans corvus, inde sicut nicticorax in domicilio.
16 Noctua, avis nocte volans.
17 Noctiluca, vermis nocte lucens.
18 Nucilla, parva nux, que et nucicula dicitur vel nucula.
19 Nuclearius, arbor que fert nuces.
20 Nitedula, animal quoddam ut ignis lucens. Cicero vepreculis extracta nitedula.
21 Nitidulus, aliquantulum nitidus, candidulus.
22 Nidere, nitere vel olere, fraglare, olfacere.
23 Nidor, cocte carnis odor. Augustinus tantis sacrificiorum nidoribus.
24 Nectar, pigmentum.
25 Nexuosus, nexibus plenus, quod et laqueosus dicitur.
26 Nexilis, ad nectendum habilis.
27 Nexim, coniunctim, copulatim, consertim.
28 Niciterium, signum victorie vel quoddam unguentum. Iuvenalis ceromatico fert niciteria collo.
29 Nictamen, vigilamen, pernoctamen, excubamen.
30 Nictus, vigilamen vel motus palpebrarum.
31 Nictitare, vigilare, quod etiam nictari dicitur.
32 Nictans, vigilans. Martianus cantare deproperas ritu nictantis antistitis.

---

**10** Iuv. VIII 97 **15** *psalm.* CI 7 **20** Cic. *Sest.* 72 **23** Aug. *civ.* IX 16: si tantis sacrificiorum cadaverinis non contaminantur nidoribus **28** Iuv. III 68 **32** Mart. Cap. I 2

---

**7** Navicella: Navicilla H *post corr.* I Nancinula $P_1$ / ⟨ratis⟩ raticula H / ⟨puppis⟩ puppicula H / ⟨carina⟩ carinula ⟨legia⟩H / legiola: legiona $P_1$ ⟨lembus⟩ H / lembulus: lembus $P_1$ / scapha: scaphus $P_2$ / carabus: carbus $P_1$ / lintris: lintrix $P_1$ ⟨vel linter⟩H / cumba *om.* $P_2P_1$ **8** agitur: fit I **10** Iuvenalis ... naulum *om. Mai* **11** navicularius ... nauclerus *post* 12 H / nauclerus *om.* H **12** quia: nam $P_1$ / cleros: clerus *Mai* **14** quia ... dicitur *om. Mai* / quia: quasi $V_1$ nam $P_1$ **15** vigilans: vigil $P_1$ *et s.l.* vel noctis H *om.* I / corvus ... nicticorax *om.* I / inde ... domicilio *om. Mai* **18** et *om.* $P_1$ **19** nuces ⟨vel fructus arboris⟩ $P_2$ **20** Cicero ... nitedula *om. Mai* / Cicero *om.* $V_1$ / extracta: exacta ⟨est⟩ $P_1$ **21** *om.* $P_1$ **22** fraglare: fragare $V_1P_1$ fingare I *om.* H / olfacere: olfare $P_1$ *om.* H **23** cocte *et s.l.* culine H / Augustinus ... nidoribus *om. Mai* **26** Nexilis: Nexibilis $P_1$ / nectendum (*Mai*): nectandum $V_1$ **28** Iuvenalis ... collo *om. Mai* / fert: ferunt $P_1$ **29** pernoctamen, excubamen *om.* H **31** Nictitare: Nicitare $V_1$I / etiam: et $V_1$H **32** Martianus ... antistitis *om. Mai* / deproperas: dum properas $P_1$ / ritu: rictu I nictu $P_1$ / nictantis: nictitantis $P_1$ nitantis I

383 M.

33 Nictitare vel nictari, frequenter vigilare.
34 Nictanter, vigilanter. Iosephus nictanter primis custodiis assistentes occiderunt.
35 Nigellus, aliquantulum niger, quod subniger dicitur.
36 Nigramen, nigredo.
37 Nictire, olere sicut canes faciunt. Cecilius de quodam cane bene nictit oletque.
38 Notificamen, demonstratio, notificatio.
39 Notificare, declarare, apertum facere.
40 Notella, notula, parva nota.
41 Notarius, scriptor, caraxator.
42 Notus, aliquando pro vento, aliquando pro adultero. Horatius cogit amor nothi.
43 Nobilitare, nobilem facere, insignire.
44 Natalicium, nativitas, natalis.
45 Natalicius, ad nativitatem pertinens. Persius et natalicia tandem cum sardonice albus.
46 Nasiculus, nasellus, nasulus, parvus nasus.
47 Nasutus, nasosus, magnum nasum habens. Horatius verum depingit nasuta.
48 Nasturcium, quedam herba torquens nares.
49 Nominosus, famosus, nominatus, celebratus.
50 Necapolis, victorie civitas.
51 Nastale, fibula que adstringit vestem. Iosephus et nastale ex utraque parte vestium.
52 Nivascere, inchoat ningere.
53 Nivosus, nive plenus.
54 Ninguidus, nivi similis. Prudentius implet castra ninguidus.

---

**34** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* I 21 *B.*: noctanter primis custodiis assistentes dormientes occiderent **37** Caecil.] Enn. 340 (Paul. Fest. p. 184 *L.*: voce sua nictit ululatque) **42** Hor. *carm.* III 15, 11 **45** Pers. I 16 **47** Hor. *serm.* I 2, 92-93: verum depugis nasuta **51** Iosephus = Cassiod. *Ios. antiq.* III 7 *B.*: et nastali ex utraque parte ora eiusdem vestimenti **54** Prud. *cath.* V 97: Inplet castra cibus tunc quoque ninguidus

---

**33** nictari: nictitari I$P_2$ / frequenter vigilare: frequentativum $P_2$ **34** Nictanter: Nictitanter *Mai* / Iosephus ... occiderunt *om. Mai* / assistentes: assistantes I / occiderunt: occidunt $V_1$ **35** quod: vel $P_1$ ⟨et⟩ H **36** nigredo: nigritudo $P_1$ **37** Cecilius ... oletque *om. Mai* **38-39** *mutato ordine* H **38** Notificamen (*Mai*): Noctificamen $V_1$ / notificatio *om.* H **39** apertum: aperte $P_1$ **40** Notella, notula: Nodella, nodula $P_1$ **41** caraxator: charaxator *Mai* coraxator $V_1$ caractor $P_2$ caraxarius H **42** aliquando ... aliquando: nunc ... nunc H / adultero: adulterio I$P_1$ adulterino (notho) *Mai* ⟨dicitur⟩ H / Horatius ... nothi *om.* I$P_1$ **45** Persius ... albus *om. Mai* / et: dicimus $P_1$ **47** nasosus: nasolus I / Horatius ... nasuta *om. Mai* / verum *om.* I$P_1$ / depingit: depingis I$P_1$ depigis $P_2$ / nasuta: nasutus I nasutum $P_1$ **48** Nasturcium (*Mai*): Naustercium $V_1$ **49** nominatus, celebratus *om.* H **50** Necapolis: Necopolis H *post corr.* **51** Nastale: Nastrale *Mai* / fibula *om.* $P_1$ / adstringit: astringit $P_1$ / Iosephus ... vestium *om. Mai* / vestium: vestitum H **52** Nivascere: Nivascit I *Mai* / inchoat: inchoata $P_1$ / ningere: mingere $P_2$ **54** Ninguidus: Ningidus $P_1$ *ante corr.* / nivi: nive $P_1$ *ante corr.* / Prudentius ... ninguidus *om. Mai* / implet ⟨quoque⟩ $P_1$

*383 / 384 M.*

55 Novenus, nonus, novenarius.
56 Nonagenus, nonagenarius.
57 Nonagies, per nonaginta vices.
58 Nonaria, meretrix. Persius si cinico barbam petulans nonaria vellat.
59 Nuperrime, nuper, noviter.
60 Nuperus, novicius vel novus. Plautus postulasti hominem nuperum et novicium.
61 Novaculum, rasorium.
62 Novellus, aliquantulum novus.
63 Novale, ager sepius innovatus. Virgilius impius hec tam culta novalia miles habebit.
64 Novicula, rete ad capiendas aves.
65 Nudipula, nudis pedibus incedens.
66 Nundinator, mercator, institor, mango, mercennarius.
67 Navare, strenue officium facere.
68 Nutare, dubitare, hesitare, vacillare, fluctuare, mussare, mussitare, labare, labascere.
69 Nutabundus, dubius, incertus, hesitabundus.
70 Nutamen, dubitamen, quod et pro nutu dicitur.
71 Nutatim, dubitatim, dubitanter, dubitative.
72 Numella, quoddam genus catenarum. Plautus catenas carceres numelias boias.
73 Nepotatio, luxuria vel prodigalitas.
74 Nepotulus, parvus nepos.
75 Numeria, dea numeri.
76 Nuptorium, domus vel locus nubentium, quod et [76a] epithalamium dicitur.
77 Nefrendines, infantes. Nevius quem ego nefrendem alui lacteam immulgens opem.
78 Nebulus, nubilus, nubidus, obscurus, caliginosus.
79 Nebulones, qui vani sunt ut nebula.
80 Neufresis, dolor laterum.

---

**58** Pers. I 133 **60** Plaut. *capt.* 717-718: postulavisti et die | recens captum hominem, nuperum, novicium **63** Verg. *buc.* I 70 **72** Plaut. *asin.* 549: catenas, carceres, numellas, pedicas, boias **77** Naev.] Liv. Andr. *trag.* 38 Ribb.[3]

---

**55** novenarius *om.* H **58** Persius ... vellat *om. Mai* / si: sed $P_1$ / cinico: cenico $V_1$I cinice $P_2$ / vellat: venit $P_1$ **60** Plautus ... novitium *om. Mai* / postulasti: postulavisti H postulanti $P_1$ / ⟨et⟩ nuperum H **63** ager: campus ⟨quod⟩ I / innovatus: innovatur I / Virgilius ... habebit *om. Mai* / miles *om.* $P_2$ **65** Nudipula (*Mai*): Nupidula $V_1P_2P_1$ Nupicula I **66** mango ⟨negoteta⟩ H / mercennarius ⟨negociator⟩ $P_2$ **68** vacillare: facillare $P_1$ *ante corr.* / fluctuare ... labascere *om.* H / labascere: labescere I **69** incertus, hesitabundus *om.* H **72** Plautus ... boias *om. Mai* / catenas ... numellas: ⟨tui⟩ numellas carceres cathenas $P_1$ **73-74** *mutato ordine* $P_1$ **73** Nepotatio: Nepotio $P_1$ / prodigalitas: prodigialitas $V_1$H **76** Nuptorium: Nutorium $P_2$ / quod ... dicitur *om.* H / et: etiam $P_2$ **77** Nefrendines: Nefredines $P_1$ / Nevius ... opem *om. Mai* / quem: quam $V_1$ / alui: alicui $V_1$ **78** Nebulus: Nebulosus I

*384 / 385 M.*

81 Neufreticus, qui dolorem laterum patitur. Macer idem neufreticis elixum sumere iussit.
82 Nugella, parva nuga.
83 Nugosus, nugis plenus, ridiculosus, iniuriosus.
84 Nugax, iniuriosus.
85 Nugaculus, aliquantulum nugax.
86 Nugiger, gerens nugas, quod et nugigerulus dicitur et gerro.
87 Nugiparus, qui parit nugas.
88 Nisus, accipiter.
89 Nixus, partus.
90 Nodellus, nodulus, parvus nodus.
91 Nodosus, nodis plenus, nexuosus.
92 Nabulum, naulum, merces navis.
93 Naiades, nimphe.
94 Narius, subsannator, derisor, delusor, iniuriator, iniurius, ludificator.
95 N*u*sciosus, qui plus vespere videt sapit et olet.
96 Nasale, ornamentum equorum.
97 Nicostrata, victoriosa, 97a niche enim Grece victoria dicitur.
98 Nilicula, Nilus, Niliacus, Egiptiacus, Niloticus.
99 Nuniticus, nimius, eximius, immanis.
100 Nimbosus, nimbidus, pluvius, pluviosus, aquosus.
101 Ninnarius, cuius uxor mechatur et tacet.
102 Nitrum, regale signum vel splendor.
103 Nutricare, nutrire, fovere, educare, foculare, focillare, alumnare, alere.
104 Nere, filare, glommare.
105 Netus, filatus invenitur quarte declinationis pro filamine. Martianus ex candentis bissi netibus.
106 Neole, papille que ex faucibus caprarum dependent.
107 Nevus, culpa, offensa, nevositas.
108 Nevosus, culpabilis.

---

**81** Macer = Odo Magd. 179: Idem nefreticis ... iussit **105** Mart. Cap. II 114

---

**81** Neufreticus: Nefreticus $P_2$ / Macer ... iussit *om. Mai* / Macer: Marc. $P_1$ / neufreticis: neufretici $P_1$ nefreticis $P_2$ **83** ridiculosus, iniuriosus *om.* H **84** iniuriosus *om.* $IP_1$ **85** *om.* I **86** quod: qui $P_1$ / gerro: gero $IP_1$ **88** *ad* 86 *post* nugas $P_2$ **89-90** *mutato ordine* $P_2$ **90** Nodellus (*Mai*): Nodellus ⟨nodus⟩ $V_1$ **91** nexuosus *om.* H **92** Nabulum: Nebulum $P_1$ **93** *post* 124 H / nimphe ⟨fontium⟩ H **94-100** *post* 113 H **95-96** *mutato ordine* $P_1$ **95** Nusciosus *Mai*: Nasciosus $\pi P_1 P_2$ / ⟨et⟩ sapit I / et olet *om.* I **96** *om.* I **97** victoriosa ... Grece *om.* I / Grece *om.* H / dicitur ⟨Latine⟩ $P_1$ **98** Nilicula, Nilus *om. Mai* / Niloticus ⟨Pharius, Egiptius⟩ H **99** immanis *om.* $P_1$ **100** Nimbosus, nimbidus, pluvius *om.* $P_1$ / aquosus ⟨aquaticus, aqualis⟩ H ⟨aquaticus, aquatilis⟩ $P_2$ ⟨aqualis, aquatilis ⟩ $P_1$ **101-102** *post* 125 H **102** splendor ⟨vel genus lavamenti⟩ H **103-108** *ad* 91 *post* plenus H **103** foculare ... alere *om.* H **104** glommare: glominare $P_2$I glomerare $P_1$ *om.* H **105** pro filamine *in marg.* I / Martianus ... netibus *om. Mai* **106** ex *om.* $P_1$ **107** Nevus ⟨macula⟩ H **108** culpabilis ⟨Nenias, vanitates vel mendacia vel cantilenas vel carmina miserie, unde in VII Ovidius fastorum [VI 141-142] castrorum sive nascantur aves seu carmina fiant neniaque in volucres falsa figurat anus; et alibi [Ov. *fast.* VI 668] ducit supremos nenia nulla chors⟩ *in marg.* $V_1$

*385 M.*

109 Navus, celer a navium celeritate, quod aliter dicitur properus, perproperus, velox, currax, alipes, prepes, volucer, citatus, cursilis, acupes quasi ad eundum acutum habens pedem.
110 Numida, qui vendit herbas vel qui alit pecora ad vendendum.
111 Nablum, psalterium.
112 Nagare, vacillare, huc illucque fluctuare.
113 Napee, dee florum vel flores agrestes.
114 Navare, compellere vel accelerare.
115 Nebris, corium cervinum, et dicitur pluraliter nebrides.
116 Nefresis, renium dolor, dicitur etiam neufresis.
117 Neophitus, noviter conversus.
118 Necquicquam, sine causa.
119 Nullatenus, non, minime, necquaquam, hautquaquam.
120 Neutericus, novicius.
121 Novellus, nuperus.
122 Nequam, iniquus.
123 Nauci, pellicula que nucleum involvit, que nichil valet et ideo pro nichilo ponitur. Plautus h o m o t i m i d u s i n r e b u s d u b i i s n o n e r i t n o n n a u c i .
124 Narritare, frequenter narrare.
125 Nervicus et nervicosus pro fortis dicuntur.
126 Naucipendere, naucifacere, vilipendere, nichilipendere, parvipendere, floccipendere, floccifacere, nichilfacere, iuncipendere, iuncifacere.
127 Nenocte, nec simulate. Persius n e c n o c t e p a r a t u m p l o r a b i t .
128 Nervosus, nervicosus, firmus, stabilis, insolubilis.
129 Nerena, dea maris.
130 Nereides, dee fontium vel maris.
131 Nereus, deus maris.
132 Neuter, nemo alter, vel neque ille neque iste.
133 Neu, neque, ut ne, adverbia prohibendi.
134 Nitorium, fusile, fusum.

---

**123** Plaut. *most.* 1041: qui homo timidus erit in rebus dubiis nauci non erit **127** Pers. I 90-91

---

**109-110** *mutato ordine* H **109** a ... pedem *om.* $M_1$A / dicitur *om.* $V_1$I / ⟨citus, festinus⟩ properus H$P_2$ / perproperus *om.* $V_1P_2$ / alipes (*Mai*): alipex $V_1$ / cursilis ⟨acupedius⟩ H / acupes: nacupes $P_2$ / acutum: acutos $P_2$ / pedem: pedes $P_2$ **110** vendit: vendis $P_2$ / alit: pascit $P_1$ **111** Nablum, psalterium: Naplura, phassium $P_1$ **112** *post* 100 H / illucque: et illuc $P_1$ illuc I **113** *post* 93 H **116** Nefresis: Nephresis *Mai* Neufresis H / renium: renum $P_1$ laterum H / neufresis: nefresis H **117** conversus ⟨tiro⟩ $V_1$I ⟨Christo⟩ $P_1$ **118** *post* 111 $P_2$ **119-121** *post* 122 $P_2$ **119** non, minime *om.* $P_1$ / hautquaquam ⟨nullo modo⟩ H **122** *post* 117 $P_2$ *post* 118 $P_1$ **123** valet: habet I / ideo: imo I / Plautus ... nauci *om. Mai* / homo: ideo $P_2$ **124-125** *mutato ordine* $P_2$ **124** *post* 112 H **125-126** *mutato ordine* H **126** nichilipendere, parvipendere *om.* $V_1$ / floccipendere *om.* $V_1$H / floccifacere ... iuncifacere *om.* H **127** *post* 102 H / Nenocte: Necnocte I$P_2$ Necnote $P_1$ / nec: non $P_2$ / simulate: simulare $P_1$ **128** Nervosus ⟨ferrinus⟩ $P_1$ **129** *post* 131 $P_1$ / Nerena: Nerea $P_2P_1$ **130-131** *mutato ordine* $P_1$ / vel: et $P_1$ **131** *post* 128 H **132** *post* 130 H / alter ⟨neque alter⟩ I / neque ... iste: neque iste neque ille $P_1$ **133** *om.* $P_2$ / neque ⟨ut neque⟩ $P_1$ / ut ne: neve H / prohibendi: ⟨proverbia⟩ prohibenda H

*385 M.*

135 Noctiluca, luna, Cinthia.
136 Notarius, scriptor, caraxarius.
137 Norax, peccator, criminosus.
138 Nudipedula, calciamenta.
139 Numida, incerte sedes.
140 Nummaria, lex de nummis.

---

**136** caraxarius: charaxarius *Mai* carazarius I **138** Nudipedula: Nudipedalia H **139** sedes: sedis *Mai*

Explicit tractatus secundus de littera tertia decima que est -N- H